









1762.

1. Achenvall, Gottfried: *De regnis mixtis successioneis.*
2. Myrerus, Georgius Henricus: *De mortis foro delinquen-  
tis.*
3. Boehmerus, Georgius Hadrienus: *De bello nunc gesto  
ab servataem Germaniae libertatem memorabilis.*
4. Voerius, Henricus, &c.: *De appellatione in causis  
fundatibus*
5. Lutetius, Iacobus Christophorus: *De entore non  
stante locutionis antecessoris*
6. Puebler, Iacobus Stephanus: *Toannis Henrici Bruns  
solemnia inauguralia indicat praemissa commen-  
dativa: De foro delinquentis officiales cancellariae  
in supremo camerae Imperialis iudicis.*

1763.

1. Faber, Paul: *De legatorum et mortis causa donatio-  
num differentiis eorumque ad ea horumcetero*

1763.

1. Gebauerus, Georgius Christianus, Ord. iur. decanus: Daniellis Fabri -- petitionem et disputationem inaugurales publice habendas invitatis simul: De iudicis non capitalibus veterum Germanorum nomisma commentatio.
2. Gebauer, Georgius Christianus: honores in jure summos Samuels Jacobi Mettinghi. -- collationis in indicat 3. I. eque occasione: De homicidio delicto ap. reb. Yam. non capitali ejusque multa Wiegeldi commun- fatus.
4. Puchlerus, Joannes Stephanus: De legum imperii fundamentalium est ciuilium differentia
5. Richter, Ioseph Gottlieb: Valentinus hominis nudis et corporeo
6. Vogel, Rudolph Augustinus: Ord. iur. decanus. Tali sive iusta circumci- sione mortis: Propositus. Simpliciter. Diversitate praeceptuum
- 1764.
1. Anckelman, Georgius: Discessione ab intestato liborum naturalium et spuriorum in bona

matris ejusque collatoralem juri statutario  
Hamburgensis non aduersante

2. Agreus, Georgius Hartius, Ord. ius. Decanus : ac  
Christopherus Schmidt dicitur Thyseldekt... solemnia  
inauguralia invitatio. praemissa est de consuetu-  
dine leges vincente brevis commendatio.

3. Bochmerus, Georgius Landricus : De obligatione  
locatoris ob usum rei locatae maxime per  
bellum impeditum

4. Galzert, Christianus Hartmannus Samuel : De mutuo  
nummario post pecuniae multationem ad mentem  
lignum peregrinatum portes aliquae domos earum  
restituenda.

5. Gabauer, Georgius Christiannus, Ord. ius. Prodecanus :  
summus in utroque jure honores capessendo

litionem . . . Georgio Anckelmann et Vincentio  
Rumpfio et collatum esse et collatum in . . .  
insicat simul: De flagitiis ap. vet. German. nonna  
et quae de justiciis viciniorum et paginis Discenda  
restabant, in medium profert.

6. Meister, Albert Luter. Frider: Errorum qui a situ  
instrumenti non libato angularum mensuram  
ingredintur census habet et rebus mathematicis  
. . . operam Naturis . . . monstratorem . . . offert

7. Rumpff, Vincentius: De rei vindicatione e jure  
Romano atque Hamburgensi.

8. Schmitz, Chrysph, dochs Phiseldick: De varie legum  
positivarum speciebus, earum interpretatione et  
ad facta occurrentia applicatione

*8* 1762, 2 *2*

DE  
**MILITIS**  
**FORO DELINQVENTIS**  
DISSERTATIO IURIDICA  
QVAM  
RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO  
POTENTISSIMO PRINCIPE AC DOMINO  
DOMINO  
**GEORGIO III.**

MAGNAE BRITANNIAE FRANCIAE ET HIBERNIAE REGE  
DEFENSORE FIDEI  
BRVNSVICENSIVM AC LVNEBURGENSIVM DVCE  
S. R. I. ARCHITHESAVRARIO ET ELECTORE REL.  
CONSENSV ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS

*Actes*  
PRAESIDE  
**GEORGIO HENRICO AYRERO**

PHIL. ET I. V. D. CONSILIARIO REG. AVL.  
IVR. ANTECESSORE ET FACULTATIS  
IURIDICAE SENIORE

PRO  
LICENTIA SVMROS IN VTROQVE IVRE  
HONORES CAPESSENDI  
PVBLICE DEFENDET

**IOANNES HENRICVS BRVSS**  
HAMBVRGENSIS.

D. V. MAIL.

GOTTINGAE  
LITTER S IOANN. HENR. SCHVLZII MDCCCLXII





PATRIBVS CONSCRIPTIS

S. R. I.

LIBERAET INTER MEDIAS BELLi TURBAS

FORTVNANTE DEO

FLORENTISSIMAE REIP. HAMBVRGENSIS

VIRIS

PERILLVSTRBVS MAGNIFICIS CONSVLTISSIMIS

PRVDENTIA ET GRAVITATE

CONSPICVIS

C O N S V L I B V S

S Y N D I C I S

S E N A T O R I B V S

A R C H I V A R I O

P R O T O N O T A R I O

S E C R E T A R I I S

A R C H I V A R I O A D I V N C T O

P A T R O N I S E T F A V T O R I B V S S V I S

M A X I M O P E R E C O L E N D I S

H A N C

HANC  
DISSERTATIONEM IN AVGVRALEM  
EA QVA PAR EST  
ANIMI DEVOTI  
SVBMISSIONE  
INTER ARDENTISSIMA

PRO.

PERPETVA PATRIAEE DVLCISSIMAE  
INCOLVMITATE

VOTA

D. D. D.

TANTORVM NOMINVM  
PROTOMATRIO  
SECRDTARIIS  
REGIAARIO DIVINETO  
OBSERVANTISSIMVS CULTOR  
JOANN. HENR. BRÜSS.

DISSERTATIO IURIDICA IN AVGURALIS  
DE  
MILITIS FORO DELINQUENTIS  
PROOEMIVM  
INSTITVTI RATIONEM EXPLICANS.

**J**am omnia quidem bellis adhuc feruens interque spem pacis exoptatissimae & terrificorum metum armorum animi incerti fluctuantur. Hinc Scholae & Cathedrae academicae aequa, ac forum, tam vacuae esse videntur, quam ipsa Vacuna. Tantum tamen abest, ut vel inter arma leges penitus silere, vel suauiorum cultum Musarum irati Maris strepitus impedire debeant, ut potius illae, cum etiam inter maximas bellii turbas vigere, loqui, clamar censentur a), eo promptius diligenterius sint exaudiendae custodiendaque, quo corruptiores & audacieores illud reddit homines etiam nec destinatos nec aptos armis ferendis b); hae vero eo san-

dius

a) Male ageretur cum rebus humanis, si in vitum deducerentur, quae in Comment. ad MARTINI LAVDENSIS Tr. de Bello Qu. XVI. n. 3. docet CONRADVS SCHLEIFERVS, ut C. RAVETTAE I. Vol. cons. 5. n. 12. effato nixus, scilicet bellis tempore, quo ius non redditur, licitum est ius dicere propria auctoritate. Longe rectius ac distinctius hic procedit B. BOEHMERVS & in Diss. de poena ius sibi dicentis sane iudice, & in Diss. de eo, quod iustum & durante iustitio,

b) Verissime S.R. & Cl. SCHVETZIUS in Encom. publ. reip. Hamb. nuper e suggestu Ill. Gymnasi Hamb. sub auspiciis noui munerie dicto, triste hoc aevum, ubi

- Mundi sensim moles sub agone laborat,  
deplorans cecinit i.  
Tollitur heu! pietas, fugere fides:  
que pudor que,  
Nulla malos homines legum reue-  
renia tangit,  
Nec Jouae monitis facilem quis  
commodat aures.

## PRO O E M I V M .

*Eius calenda, quo maiorem illis honorem ipsi summi copiarum duces & militum praefecti habent c), optime persuasi, pacis non magis, quam belli artibus, rempublicam, cuius summa tuitio, IVSTINIANO iudice d), de stirpe duarum rerum, armorum scilicet atque legum venit, vimque suam exinde munit, si salva esse debeat, carere posse, nec minus decoris in toga, quam in sago, esse. Quidni igitur, dum inter milites iam medii versavur, & sub ILLYSTRISSIMI COMITIS A VALLE strenuo praesidio, graui tutela & severa disciplina tuto in arenam descendere possumus, ex militia armata aliquid delibemus atque ad usus militiae togatae urbanaeue, quae CICERONI e) vocatur, transferamus. Saeua & calamitatis plena res est bellum, summaeque miseriae, quacum generi humano colluctandum est, euidentissimum argumentum\*). Nibilo tamen minus suis stat militiae bonos, neque eminenter militarem artem honoratissimam dixit ARISTOTELES f),*

quum

c) Vetus est quaestio: *An litterarum studia militiam eneruent?* quam QVIDIVM de Pontio I. VI. 78 & II. IX. 47. seq. ingenuis artibus pectora mollescere & asperitatem fugere, canentem, in partes suas trahens, adfirmare haud dubitauit, Nobilis Venetus, apud THOM. CRENIVM de erudit. comparanda N. XVII. Sed aliter plane sensit GEORRECHTVS, JCtus Argentoratensis, in dedicat. Dilputat. de militari disciplina, contendens, Martem sive Musum esse, tanquam corpus sine anima, currum sive auriga, & iuuen sive Magistro, nec robore, sed aetate res magnar geri. Nouissime eandem sententiam tuitus est Vir & rei & iuris militaris peritissimus L. XAV. JOSEPH. MYLLER A.

FREYBURG in alphabeto disciplinae militaris, Corpori Iuris Caes. adiecto, p. 510. militibus doctrinæ studia verbis CICERONIS pro SYLVA maximopere commendans. Memorabilis hinc est Romanorum legio gemina, Martia vel Minerua victrix, quo utroque nomine fuit ornata, teste HUBERTO GOLZIO, in Thes. rer. antiquar. p. 154. in Ill. SCHOEPELINI Alsat. illustr. T. I. p. 592. hanc in rem laudato.

d) In Constit. Summa reipubl. pr. de lusit. Codic. confirm.

e) Pro Muræna c. 28.

f) cf. BESOLDVS de pacis ture & V. C. EL. de VRIES Encomion pacis.

f) Erb. III. 6. Cf. MYLERI AB EHRENBACH Stratologia G. I. stat. a IAC. DAV. MOEGLINGIO adiecta Cap. I.

## P R O O E M I V M .

*quam neque quies gentium, ut iudicauit Cerialis g), sine armis<sup>g</sup>, neque arma sine stipendiis haberi queant, atque secundum Ortho-  
nis orationem h) penes milites omne honestis consiliis robur,  
Et sine iis, quamvis egregia, inualida sint. Sicuti vero nemo  
bonus miles esse potest sine virtute, ita statum quoque militarem  
pios mores admittere, ac recti iustique custodiam, nemo aequus re-  
rum existimator dubitabit i), virus olim eecinerit LVCANVS k):*

*Nulla fides pietasque viris, qui castra sequuntur.  
Sed habet is, ut omnes status alii, suos peccatores, suosque delin-  
quentes. Testatur hoc quotidiana experientia. Quid? quod eo  
liberius peccant manifestiusque delinquunt milites, quo facilius si-  
bi, vrpote ad nocendum mercede conducti, persuadent, eriam in  
innocentes omnia licere. Quare alii officii sui plane sunt immenso-  
res, alii mandatorum limites suorum temere excedunt, ac saepe  
seuerissima disciplina contineri nequeunt, quo minus vagi per  
agros palentur damnaque rure praeferunt degentibus inferant,  
ac modo minis atque concussionibus crumenas rusticorum, quo-  
rum dudum diaboli audierunt, excutiant, modo vias publi-  
cas obsideant ac rapinas Et latrocinia in quemuis obuium  
peregrinantes.*

g) Ap. TACITVM Hist. L. IV.  
c. 74. n. 2.

h) Ibid. L. I. c. 38. n. 2.

i) Dubia hic obmota dudum post  
patres ecclesiae ex ipsa S. S. diluit  
B. LVTHERVS in opusc. ob Kriegs-  
leute auch in seeligen Stande seyn  
können, ad quod prouocat Phil.  
von Sittewalde, s. Hans Nüchel  
MOSCHEROSCH von Wilsädt  
in praef. des Soldaten Lebens, &  
quod AHASV. FRITSCHIVS mi-  
litia suo peccanti subiunxit. Plura  
qui cupint, enolunt T. H. REINKIN-  
GER biblisches KriegsREcht, aedat

HERRÉNSCHMIDII Tr. Doe  
fromme Soldat, & conferat sum-  
mi nominis Theologum, IOH. F. R.  
BUDD'EV M. Instit. Theol. mor. p.  
IV. c. 4. §. 25. in diss. de officio im-  
perant. circa conscrib. mil. §. VII.  
seqq. & in diss. de Iure Belli circa  
res sacras §. 1. Select. iur. nat. et gene.  
p. 272. & 454 seqq. Nec veteres Christi-  
anos militiae tam inimicos fuisse, vt  
vitam militarem prorsus damnarent,  
pluribus seculi II. testimonii probat  
B. A. MOSHEIM in comment. de  
Rebus Christianor. p. 250.  
k) X. 401.

## PROOEMIVM.

peregrinantemque exerceant. Videmus hinc, subinde de potestate in eorum delicta & crima inquirendi eaque puniendo inter iudices militares & ciuiles, sive magistratus ordinarios, conflictus oriri. Neque militum armatorum, qui criminis se reos fecerunt, defensores togati tam sunt inermes, quin inter alias exceptiones saepe friuolas & excusationes fatuas, quibus plerunque penum suam habent refertam, illos clypeo praescriptionis fori tegere, non tam vero declinare hoc solummodo, quam potius totum iustitiae curium longo sufflamine iuris tardare studeant atque penitus impeditre. Quaeritur itaque, & jaepi in utramque partem disputatur, quoniam sit tandem forum competens militis delinquentis? Haec quaestio a scriptoribus, qui de priuilegiis militum, aut generatim, aut de iure iudiciorum militari speciatim, egerunt, vel plane omissa, vel saltim leui tacta brachio, vel non satis distincte proposita tractataque fuit. Quomodo vero eam Vir. Ill. IOH. HENR. KIRCHHOFF, cuius opus l) Hamburgi adhuc sub prelo sudar, decisurus sit, nondum constat. Itaque digna nobis visa est, quae in praesentiarum paulo curatius, sed breuiter, pro instituti ratione, excutetur. Ut autem ordine procedat nostra disputatio, illam in tres dispescere lubet sectiones, quarum prima ipsum militum statum, altera forum eorum priuilegium exponet, ac tertia denique iudicem delinquentium criminalem pro diuersis eorundem delictis determinabit.

1) Nuperrime annunciatus est besondern Soldaten-Rechte, Vorzüglichedem titulus: Abhandlung der ge und Freyheiten.



SEC-



# SECTIO I. DE MILITVM STATV.

§. I.  
MILITIS VOCABVLVM Vnde DESCENDAT?

**B**elle ac recte monente M. TULLIO CICERONE (*a*), omnis in quaerendo, quae via quadam & ratione habetur, oratio praescribere primum debet (quibusdam in formulis ea agetur) vt, inter quos differitur, conueniat, quid sit id, de quo differatur. Itaque more omnium, qui perspicuitatem amant, ambiguitates cauent atque statum controversiae rite formare student, nobis etiam hic ante omnia explorandum erit

*(a)* De fin. bon. & mal. L. II. c. 1. extr.

A

2 S E C T I O N . I.

erit, cum, quid quisue sit miles, tum unde dicatur. Nemo putet, superfluum ac inutile prorsus esse explicando hominum generi omnibus noto ac quotidie ante oculos versanti vel tantillum immorari, quem ipsum militis nomen ab iis subinde sibi simi, vel iis tribui, videamus, qui minime illo sunt digni. Etenim neutquam, ut iam olim ARCADIVS & HONORIVS Imp. b) verissime pronuntiarunt, in hunc censum referri posunt illi, qui vano militiae nomine immania lucra seellantur, sed qui necessitatem officii sollicitudinibus debitiss exequuntur. Neque a militia, sed a malitia potius tales milites, si eo titulo abutuntur, cum VARRONE dicendi sunt. Ne quid enim in hac nominis quaestione omittamus, in limine statim monendum est, varie ludere Etymologicos in eo deriuando. Si inter ICTOS veteres, allusionibus eiusmodi admodum delectatos, audiamus VLPIANVM c), miles appellatur vel a militia d), i. e. duritia, quam pro nobis sustinent, aut a multitudine, aut a malo, quod arcere, cur non & facere? milites solent, aut a numero mille hominum; Sin AELIVM apud FESTVM, a mollitia καρ' ἀνιστάω dicitur, quod nibil molle, sed potius quid asperum gerat; sicuti circa ipsum bellum, quod, auctore SENECA e), miles, aliena incommoda non curans, tam audie, quam agricola caritatem annonae, optat, etymon variant, dum alii itidem per contrarium ex eo, quod sit minime bellum, s. bonum, alii, quod sit bellum, i. e. bonum, vtpote ad habendam pacem f) comparatum, alii alicunde:

b) In l. 9. C. de Cohortar.

c) In l. r. §. 1. ff. de Tifiam mil.

d) Inuerit potius HIERONYMVS MAGIYS Miscellaneor. L. IV. c. 1. VLPIANVM hic aeque, ac in deriuatione iuris a iustitia, cespitasse, eleganter obseruans, at-

que hinc rem permolendo militiam a milite, tanguam voce simpliciore, forte rectius deducens,

e) de Benef. L. VI. c. 35.

f) Vnde VEGETIVS de Re mil. L. III. in prol. Qui desiderat pacem, praepares bellum.

## DE MILITVM STATV.

3

liunde deriuant. Inter tot vero Grammaticas nugas *g)* illa nobis originatio, laudato quoque **MAGIO** probata, qua militis nomen a millenario numero, vt miles sit quasi millesimus quisque, repetitur, cum **B. GESNERO** *h)* ideo praferenda videtur *i)*, quod non solum Romulus, Martis, quantum putatus est, filius, teste **EUTROPIO** *k)*, sicuti centum ex senioribus a senectute senatores dictos, ita *mille pugnatores delegit*, *quos a numero milites* *l)*, adpellavit, sed etiam, quod mille homines ad legionem conficiendam trium quaeque tribuum ciuitatis Rom. mittebat *m)*, vnde ipsum ducem Chiliarchum vel

*g)* Cur miles dicatur quasi militares, explicat **VOSSIUS** in *Etymol. b.*

*h)* In *Thef. L. L. v. miler.*

*i)* Magis quidem placuit **MENAGIO** *Amoenit. iur. c. 39. h. v. Graeca origo a μῆλος*, popularis, quam etiam laudat **HEINECCIVS** ad **BRISSONIVM** de **V. S.** sed nimis longe est arcessita.

*k)* *Breu. Hisf. Rom. L. I. sub Romulo.*

*l)* Omissus quidem est hic locus, quem **MENAGIVS** l. c. indicat, & a **PAAENIO**, veteri sophista, in *Metaphraſi Graeca*, & in *CELLARIIS*, **HAVERCAMP** aliorumque editionibus recentioribus; sed innenitur in editione peruersta, & hinc paulo rario-re, nobiscum amica manu forte communicata, quae ao. 1475. vna cum **P. DIACONI** *Rom. Hisf.* Mediolani, eurante Magistro **PHILIPPO DE LAVAGNA** in fol. min. prodiit.

Procul autem dubio, & **HAVERCAMPVS** & reliqui editores ab eo in praef. recensiti, qui in edendo *Eutropio* puro probatoribus codicibus MSStis vli sunt, istam particularam, vt multas alias, pro lacinia a **P. DIACONO** adiuta habuerunt, & hinc expunxerunt. Neque **PLVARCHVS** in *vita Romuli* longe plenius descripta huius denominationis villam facit mentionem. Quod tamen etymologiae nostrae etiam aliunde confirmatae nihil nocet.

*m)* Ut **DIONYSIVS GOTHO-FREPVS** ad cit. l. ff. ex **VARONE** adnotat, nec non **HENR. SAVILIS** in *commentario de Militia Rom.* ex **Angl.** in Lat. linguam conuerso pag. 3. Numerum tamen legionis non semper eundem, sed varium diversis temporibus apud Romanos fuisse, ex veterum monumen-

**A 2**

vel Chiliasten Graeci dixerunt. Neque unum vel paucos ad militandum sufficere, sed certam hominum multitudinem requiri ad omnia sagatae militiae munia rite exercenda, res ipsa loquitur. Hinc **VLPIANVS** n) quoque monet, exercitum non unam cohortem, neque unam alam dici, sed numeros multos militum.

## §. II.

## VARII MILITIS ET MILITIAE SIGNIFICATVS.

Quoniam ergo militis nomen cum iuribus atque commodis militaribus sibi vindicant haud pauci, qui tamen reuera tales non sunt, ne quid ambigui hic remaneat, diuersi vocis significatus euoluendi atque perlungandi veniunt, ad remouendos milites improprie sic dictos, quibuscum iam res nobis non est. Latissime accipiuntur vocabula militis & militiae cum in sacris oraculis, vbi mox tota hominis aerumnosa vita militia o), mox omnis Christianus dicitur miles p), et que armatura Dei commendatur q), tum etiam a Scriptoribus

mentis Scriptorum docet **R OSINVS**  
*Antiqu. R. L.*, X. c. 4.

n) l. 2. §. 1. de His, qui not.  
insam.

o) **I O B** VII. 1.

p) **H. Cor.** X. 3. sq. **Ephes.** V. II.  
sq. I. **Tim.** VI. 12. 2. **Tim.** II. 3.

q) Egregie praeter alios hanc militiam spiritualem, s. luctam carnis & spiritus indeque dictam ecclesiam militantem explicat ex Theologorum castris **B. BUDDEVIS** *Inflit. Theol. dogm.* L. V. c. 3. §. 2. ex istor. exerceitu **B. IVST. HENING.** **BOEHMERVS**, vbi ad filii natu secundi, **CAROLI AVG.** longe ilustriore deinde dignitate ornati,

sed praematura morte ad beatas immortalium arcas euechi, diss. inaug. quae de ture militum ecclesiast. agit, de iure ecclesiasticorum militari præfatur. Huius militiae intuitu non nulli adeo ICti haud dubitarunt mulnacula baptismalia eam ob caussam ad peculia castrensem referre, quod a testibus baptismi s. patrinis nomine baptizandi, Diabolo & pompis **Sathanæ**, quas peculiari diss. **Summe Rei.** **WALCHIVS** noster ex Christianæ antiquitatis documentis eruditæ explicauit, renuntietur & quasi bellum solemniter aduersus illum indicatur. vid. **RADOVIVS** in diss. de pecunia lustrica c. IV. §. 9.

## DE MILITVM STATV.

5

profanis, quibus vivere & militare vnum idemque denotat. Neque tamen hinc accenseri militibus queant sacrorum antisites totusue Clericorum, sive sub vexillo pontificis R. sive sub principum Protestantium auspiciis militantium ordo, quippe qui, quamvis etiam singulari priuilegio fori gaudeat, tantum tamen abest, vt argumento a militia armata ad militiam coelestem ducto, sibi priuilegia militaria cetera possit arrogare, vt potius propter hanc ipsam rationem, quod discreti sint milites ecclesiae a militibus seculi <sup>r)</sup>, vii generatim a negotiis secularibus & militaribus <sup>s)</sup> se se abstinere debent <sup>t)</sup>, a feudis, militiae armatae caussa primitus institutis, excludantur <sup>v)</sup>. Deinde non magis hodie, ob mutatam rerum faciem, hue referri possunt Vasalli in se spectati. Quamvis enim antiquitus feuda sua militando meruerint, atque inde milites & Arimanni *narr.* εξοχην sint vocati <sup>x)</sup>; posteaquam tamen miles mercenarius s. conductitius introductus fuit <sup>y)</sup>, mediante adaequatione seruitiorum militarium hoc onere se libera-

<sup>r)</sup> c. 5. Dist. L.

<sup>s)</sup> Hinc etiam LEO Imp. Nou. VIII. vbi ordinis monasticis desertio- nem prohibet, addit: *Neque, qui in diuinae militiae legiones receptus sit, hunc in inundatis militis placet collocari.*

<sup>t)</sup> 2. Tim. II. 4. c. 8. Dist. X. & c. 19. C. 23. Q. 8. conf. C A S P. ZIEGLER de *Episcopo milite in veteri eccllesia inuisito, & Ill. GE. LVD. BOEHMERI* dist. de *Inuibus ex statu milit. Germanor. pendent.* c. I. §. 8. & c. II. §. 8.

<sup>v)</sup> I. Feud. 21. 26. §. 5. 36. I. F. S. c. II. I. F. Al. c. I. §. 4. *vetus*

A V C T O R de *Beneficiis* §. 4. apud THOMAS select. feud. p. 99.

<sup>x)</sup> Vid. HACHENBERGI *Germania med. Dist. IV. §. 3. & conf. METTINGHI flatus militiae Germ.*

<sup>y)</sup> De huius mutationis caussa pluribus agit METTINGH l. c. in Appendix, quae fissit primordia hodiernae militiae, Gallis haec attribuit merito Cel. G. A. R. FERD. HOMMELIVS. ad B. IOH. IACOB. IMASCOVII de *Iure feudor. libellum* c. III. §. 31. Neque id solum nominibus, quae ex lingua Gallica Germani ad designandos discerneudosque varios militum gra-

dus  
A 3

## SECTIO I.

herarunt z). Faceſſere porro hinc debent ſic dicti equites aurati torquatiue & in ordines equeſtres recepti, niſi cingulo militari ornati militum quoque caſtra potius ſequi, & negotia bellica gerere, quam vel in aulico ſplendore, vel in umbra campeſtri verlari, otioue frui, malint. Sed neque in hunc numerum veniunt doctores & profeffores bonarum literarum, neque ſcholares & ſtudiosi, quamuis & iſpis, vtpote ſtudiorum cauſa peregrinantibus & amore ſcientiarum cum vitiae periculo exilibus iura & priuilegia peculiaria ſint indulta a). Neque Aduocati & cauſarum patroni militis nomen reſte poſtunt tueri, quantumuis honorifica iisdem ſit militum & aduocatorum comparatio, in Reſcripto LEONIS & ANTHENI I mpp. occurrens b), qua non minus humano generi litibus laborantium ſpem, vitam ac posteros glorioſae vocis munimine deſendendo prouidere existimantur, ac ſi gladiis, clypeis & thoracibus nixi praeliis atque vulneribus patriam parentesque ſaluant. Denique merito hic exulant cuiuscunq; generis officiales,

dus adoptarunt, potest probari, ſed etiam ex iſpis historiarum monumentis conſtat. Vid. P. DANIEL Hist. de la Milice françoife L. III. c. 8. & Iaruaſi GREGORII VERACIS Gedanken von dem perpetuo milite, ibique c. IV. §. 15. p. 37. excitatus MOLESWORTH Mem. de Danemarck c. X. Utilitatem vero militis mercenarii & a Persis, & a Carthaginensibus & a Romanis quoque agnitam adverſus MACHIAVEL VM vindicat CONRINGIVS, licet cum eo militem domesticum peregrino praeferas, in diſſ. de Militia lecta, mercenaria & ſocia Th. XV. add. de LVDEWIG Opuscul. miscell. T. I.

p. 344. & T. II. p. 255. ſqq. & ANT. MACHIAVEL c. XII. vbi lucenta huius quæſtionis diſcuffio extat.

z) conf. JOH. STRAVCHIUS de Hoſſenſit. ap. REINHARDVM p. III. opuscl. Strauch. N. II. & IOH. DAN. LVDECKE de Adacratione ſeruitior. equeſtr.

a) Auth. Habita C. Ne filius pro patre, in qua explicanda & extendenda dum occupantur interpretes, ſaepè priuilegia militaria perperam huic trahunt.

b) I. 14. C. de Aduocat. diuers. ind.

## DE MILITVM STATV.

7

ciales, licet etiam hi in iure nostro<sup>c)</sup> saepe militis nomen gerant eorumque militia modo palatina, modo togata, modo literata nominetur<sup>d)</sup>. Quodsi enim tam late sumatur militis vocabulum, nemo non etiam in statu ciuili pariter atque ecclesiastico erit miles. Quid? quod secundum OVIDIVM, venuste milites & amasios inter se conferentem,

*Militat omnis amans & habet sua castra Cupido e).*

Non autem vigilata Veneris, sed Martis praelia militem faciunt, qui, eodem poeta auctore, f)<sup>f)</sup> amat

*- - more patrum, dum strenua sustinet aetas,*

*Praemia militiae puluerulenta sequi.*

Denique, ita canente HORATIO g),

*Militat in siluis catulus,*

sicuti XENOPHON haud inepte venationem militiae comparat h),

immo

c) I. vn. C. In qu. cauf. mil. fori  
praeser. vti non paf. & t. t. C. de  
priuil. eor. qui in sacro palat. milit.  
item de procurat. sacr. ferin. & de  
agent. in reb. I. 10. C. de diuers.  
off.

d) Differentias hasce pluribus  
perlequitur P. THEODORICVS in  
diff. de priuil. milit. & armator. &  
togator.add. HENR. BREVLAEVS  
de Militia polit. duplicit togata &  
armata.

e) Amor. L. I. Eleg. IX. v. 3. sq.  
vbi hoc ad Cupidinem, Venereae militiae  
ducem, habetur alloquium:

*Quid me, qui miles nunquam  
tua signa reliqui,*

*Laedis? & in castris vulneror.  
ipse meis?*

f) I. c. El. XV. v. 4.

g) L. I. Ep. 2. v. 67.

b) In Cyropaed. Lib. I. & VIII.  
p. m. 5. & 255. quod non solum ad  
surgendum mane & ad frigora ca-  
loresque perferendos conuexat,  
sed etiam ad itinera & cursus exer-  
cat, praeterea sagittis rasilisque  
feram petere necesse sit, ubicunque  
incidentur, saepe etiam acui animum  
in venatione oporteat, obicien-  
te se robusta & feroci aliqua bestia  
sc. Vnde quoque HORATIVS L. I.  
Ep. 18. v. 49 venationem vocat Ro-  
manis solenne viris opus, utile fa-  
miae, vitaque & membris. PLINI-  
VS Paneg. in Traian. c. 81. his ar-  
ribus futuros duces imbutos fuisse  
ait. Quantum autem veteres Ger-  
mani, quoties bella non injerunt, ve-  
natis dediti fuerint, CAESAR &  
TACITVS testantur. Plura vid. in  
KLETTII Vorrede zu des Freyh. v.  
Jckstatt Abh. von den Jagd. Rechten.

immo isthanc exercitationem bellicarum rerum verissimam esse existimat,

## §. III.

## MILITIS PROPRIE SIC DICTI DEFINITIO.

Iis itaque omnibus remotis missisque, qui paganorum i. e. in pagis degentium s. domi manentium nec ad bellum proficiscentium *i*), nomine comprehendendi solent, atque saepe etiam priuati & populares appellantur militibusque opponuntur *k*), deum intelligemus, quis proprie miles dicatur. Eos scilicet solos id nominis mereri, merito iudicat Vir in rebus agendis discernendisque olim versatissimus ac de juris prudentia militari non minus, quam ciuili, praecclare meritus, GE ACACIVS ENENCKELIVS BARO HOHENECCIVS *l*), qui armatae militiae atque expeditionis bellicae causa instruci, *E*, quod verbo profitentur, re factio ne praestare parati sunt *m*). Neque adeo rectius forsitan militem in genere spectatum definitiueris, quam si personam dixeris publica auctoritate ad militiae munia in armis agitanda rite constitutam.

## §. IV.

## EIVSDEM VBERIOR EXPLICATIO.

Haec definitio, nisi nos omnia fallunt, continet omnes notas, quibus miles ab aliis personis dignoscitur. Neque hinc

*i*) Vnde paganus ab APPIANO L. I. de bello ciu. απόλεμος, miles contra εργάτων vocatur, utrumque PLINIVS L. X. Ep. 17. distinguit.

*k*) Textus iuris hoc spectantes plena manu collegit BRISSONIVS de V. S. sub his vocibus.

*l*) De quo lectu digna nec ubiis obvia memoriae prodidit Perill, GEBÄVERVS in Mantissa diff. de priuilegiis.

*m*) De priuile. militum & militiae L. I. c. 3. n. 5.

Hinc opus est ad sex illos chaſteres iusto vel plures, vel pauciores recurrere, quos ACCVRSIUS <sup>n)</sup> requirit, sed ob mutatam hodie & diuersam a Romana militiae rationem haud immerito laudatus ENENCKELIVS <sup>o)</sup> reiicit, ipſe tamen deinde in designando militi nimis scrupulofus & praeter relationem in numerum atque iurisurandi vinculum hoc quoque exigens, vt ad iustum bellum sit lectus. Sicuti enim iustitia iniustitiae bellorum, quae principes gerunt, ipsorum conscientiae merito relinquunt, nec priuati haec res est arbitrii; <sup>p)</sup> ita haud dubie ſufficit, dummodo ab eo, qui habet ius belligandi, fuerit vel ex ciuibus lectus, vel aliunde conductus, aut affluntus <sup>q)</sup>. Quandoquidem vero hostes, quibus bellum publice decretum fuit, ſollicite VLPIANVS <sup>r)</sup> a latrunculis vel praedonibus diſtinguit; ideo errores, palantes, circumforaneos, planetas terrestres, vti paſſim audiunt <sup>s)</sup> & huius furoris vagabundos, ruricolas magis, quam hostem, infectantes, quos leges imperii <sup>t)</sup> adeo pro bannitis habent, militum nomine honorabili plane indignos, quin armis exuendos & promeritis poenis afficiendos eſſe, oppido liquet. Non maiori iure huic reſerri poſſunt ciues feditiosi, rebelles, tumultuantes ac diſfidentes

<sup>n)</sup> In glossa ad l. pen ſſ. Ex qu. eauff. mai.

<sup>o)</sup> l. c. cap. II. n. 2, ſqq.

<sup>p)</sup> conf. KNIPSCHILD de obli-gat. vasall erga domin. Q. 2. B. MEN-zivs in diſſ. de delectu militari prudenter habendo ſ. V. ſqq. & Dn. a BEVST obſ. mil. p. V. obſ. 178. add. T. Kr. Rangl. de 1757. Vol. I. N. 40. & Vol. II. N. 55. 57.

<sup>q)</sup> De milit. auxil. ſpeciatim agit WILDVOGEL Add. P. M. VILLERVS de copiis auxiliar. ſtat. imp.

<sup>r)</sup> l. 24. ſſ. de captiu. & poſt. im.

<sup>s)</sup> Apud IOH. OTTON. TABO-RUM in Armamentario Iustinianiz & quidem in Diatrib. de Iure armor. c. IV. ſ. 7. extr. & in Hoplophoria c. III. ſ. 24. in fine conf. GVST. CHRIST. von BOECKELLE diſſ. inaug. de vagabundis, vulgo Herrnloſen Geſinde th. VII.

<sup>t)</sup> Vid. ord. polit. de ao. 1548. Tit. von Herrnloſen Knechten R. 1. de ao. 1551. ſ. Nachdem auch, de ao. 1555. 1595. C. C. ſ. 39. conf. GAILIVS de pace publ. L. l. c. 4. n. 36, & de Arrest. imp. c. IX. n. 12.

B

## SECTIO I.

dentes, vfpote iure belli plane destituti, vtut hostili animo aduersus remp. vel principem animati u, sed potius, tanquam rei criminis laesae maiestatis ae perduelles, puniendi sunt. x) Vix opus est monere, personae nomine, licet alias etiam feminis attribui solito, hic vnicce masculos siue nobiles s. ignobiles intelligi, quum ipse Mars ex eo, secundum VARRO NEM, sit dictus, quod maribus in bello praeosit. Quamuis enim inter Amazones, de quarum bellis tam mirabilia nobis narrat antiquitas, eminuerit ipsa Martis filia, de qua VIRGILIVS: y)

*Dicit Amazonidum lunatis agmina peltis  
Penthesilea furens, mediisque in millibus ardet,  
Aurea subnecens exectae cingula mammae  
Bellatrix, audetque viris concurrere virgo,*

dudum tamen earundem exercitus euanuerunt. Nimis quoque longe a nobis remota est illarum propago heroinarum, si qua in noui orbis partibus adhuc supereft, z) quam vt eam hic curemus. Tantum etiam a sera iuuenum venere eoque inexhausta pubertate, quam tantopere in maioribus nostris laudat TACITVS a), distat nostro seculo effrenae saepe pubis praecoquis libido, vt ex seminarum comitatu & contubernio plus mali metuendum, quam boni ex earum vulgaratu, constantiae precum & obiectu pectorum, cuius Idem b) meminit, sit expectandum. Quum igitur sexus muliebris nec equestri, nec pedestri militiae aptus habeatur, in castris militum etiam toleranda non est femina, quae

*Viri falsam speciem mercede parauit,*

sed

u) per l. vlt. ff. ad L. Iul. maiest.

y) Aeneid. I. 444. sqq.

x) vid. pr. de multitudine sedi-  
zia iura belli expertise, &c de per-  
duellione seditionis. in syll. opus-  
cyrer. N. II. & III.

z) conf. Abbas GYRON. Hi-  
stoire des Amazones anciennes & mo-  
dernes.

a) de Mor. Germ. C. XX.

b) Ibid. c. VIII.

## DE STATV MILITVM.

11

sed, nisi grauiorem poenam meruerit c) libidinibus forte suis, occentato ipsi ovidii d) carmine, quo Caenium allocutus est, ad Gynaeceum, sexusue sui occupationes remittenda:

*Vel, quid nata, vide, vel quid sis passa: columque  
I, cape cum calathis, & stamna pollice torque:  
Bella relinque viris.*

Magis ad rem est notare, militem & in nostra vernacula, & in aliis linguis exortis Soldat, Soldier, i. e. Solidarium s. Soldarium adpellari a stipendiis merendis, e) vel mercede, quae vulgo die Lehnung s. Löhnung, vel in memoriam pristinæ militiae feudalis, vel in signum locatarum conductarum operarum militarium vocatur. Ceterum militem lectum conductumue in numeros referri, i. e. ordini quemque suo, veluti legioni, cohorti, turmae, centuriae, & sic porro adscribi, atque adeo catalogo s. matriculae f) militari inseri, iurisurandi g) vinculo adstringi & armis muniri, cingue solere, inter omnes constat,

### §. V.

#### MILITVM DIVISIO.

Non vnius eiusdemque generis esse milites, sed in varias classes & ordines abire diuersisque gradibus distingui, nec solum

a

c) Vid. ADR. BEYER. in *iur. mil. prud.* L. II. Tit. I. §. 2. sqq. & LIPS. de *milit.* R. L. V. dial. 18. ibique citatus. GVNTHERV S in *Ligur.*

d) *Metam.* XII. 474. sqq.

e) Denominatio a soll Thaten, L. Sold. Thaten thun ap. Phil. von

Sitterwald p. II. Sat. Ges. bas Sol-daten-leben gen. p. 551. mera est allusio poetica, cui tamen adplaust Dn. a BEVST obf. mil. p. IV. obf. 181. S. 3<sup>4</sup>. f) vti vocatur l. 16. C. de *Tastam.* mil. l. 3. C. de *Agent.* in *rb.* l. 10. C. de *cohortal.*

g) Maximum illud & unum Rom.

B 2

a muneribus<sup>s</sup>, quibus funguntur, sed etiam a variis & vestimentorum, & armorum, quibus induiti munitique sunt, speciebus alia atque alia sortiri nomina, res ipsa docet, & quotidianus rerum etiam militarium imperitos monet adspectus. Quare commode superfedere possumus ampliore explicacione diuisio[n]is militum in clariores s. officiales, vti vocantur, & gregarios s. manipularios, Romanis etiam caligatos dictos b), in equites & pedites i), illorumque in cataphractarios k), clibanarios, s. loriciatos, (vulgo Cuirassarios), Carabiniarios & ve-

principatus mysterium sanctissimum  
vocat HERODIANVS. L. VIII. c.  
19. ac primum initiae vinculum  
SENECA Ep. 95. Formulas eius a-  
pud Romanos pro diversis temporum  
rationibus visitatis exhibet BRIS-  
SONIVS de Formul. L. IV. P. FABER  
in comment. de Magistrat. R. c. II.  
ap. SALLENGRE Thes. T. III. p.  
1155. Fl. BELLVS in Roma. restit.  
L. IV. c. 4. alii. Circa necessitatem  
sacramenti militaris hodie praestan-  
di variant mores, discrepant Scripto-  
res. Illud militem non efficere, sed  
maioris tantum religionis causa acc-  
cedere, tradunt IAC. HENR. ZER-  
NECKE, in disl. de milite deser-  
tore Rostochii sub Praefid. IO. IO-  
ACH. SCHOEPPFERI habita c. t.  
n. 18. & IOH. SIMON SEYFRID  
de Habitū iur. mil. h[ab]it. part. Spec.  
Sect. I. p. 50. Plerique absolute ne-  
cessarium dicunt. Distinguendum  
hic, si de delicto militari capitali  
puniendo queritur, & injuratum  
militem mitius puniendum esse, cum

JOH. KOSTKA obseruat mil. p. 31.  
cenfet V.A. IOH. GOTTL. LAURENTII  
Abh. von den Kriegsgerichten zu unsern  
Zeiten p. 38. sq. add. FR. ANDR.  
GOTTL. GNVGEN in der Anl. zum  
Kriegs-Recht c. I. §. IV. & c. VII.  
§. 122.

b) Vid. QVINCILIANVS De-  
clam. III. 15. & BRISSONIVS Se-  
lect. antiqu. II. 5.

i) Militem, immo & exercitū  
equiti Latinos opponere solitos esse,  
quod apud priscos Romanos non se-  
cūs, ac teste TACITO de M. G.  
c. VI. apud veteres Germanos, praesi-  
cipuum robur in pedite fuit, inter  
alios docet LIVIVS XXII. 37.  
& VELLEIVS PATERCVLVVS  
II. 15. conf. SCHELIVS in not. ad  
HYGINVM p. 88. Mutationem vero  
huius rei, quae Constantino &  
sequentibus ecclulis contigit, obser-  
uat III. SCHOEPPFLINVS, Alsat.  
ill. T. I. p. 595.

k) De quibus vid. AEL. SPAR-

TIA.

## DE MILITVM STATV.

13

lites *l*), quibus hodie expeditioribus inseruientes excursati-  
nibus Dragones similes fere Alexandri M. *m*) & Sueuorum *n*) di-  
machis, sed diuersi a Draconariis Rom. *o*, Hussardi item *p*)  
s. Hungari equites, & Venatores equestres, tanquam pra-  
cursores reliquis viam monstrantes praemunientesque, compa-  
rantur; horum in Grenadarios & Musquetarios i. Arcabu-  
sarios & Fuselierios, a variis bombardarum & sclopeto-  
rum generibus vulgo ita vocatos, nec non Ven-  
natores pedestres, & si qui sunt alii militibus togatis literatisque  
minus cogniti *q*). Nec diutius nos morabuntur tormentario-  
rum, catapultariorum, ballistrariorum & Gromaticorum Archi-  
tectorumque militarium classes peculiares distinctione mili-  
tum terrestrium & maritimorum *r*). Hos enim aequae, ac il-  
los

TIANVS in Alex. c. 56. & TREB.  
POLLIO in CLAVDIOC. 16. conf.  
ALEX. AB ALEX. Gen. dier. VI. 22.

*l*) De quorum origine agunt LIV.  
XXVI. 4. & VAL. MAX. II. 3.

*m*) Apud CVRTIVM V. 13.

*n*) Ap. IVL. CAES. de B. G.  
IV. 2. conf. COLERV ad TAC. de  
M. G. c. VI. not. 9.

*o*) A Dracone vexillo ita dicti.  
vid. VEGET. de Re mil. L. II. c. 7.  
& ad eum STEWECHIUS p. 45. Di-  
uersas denominationis rationes inter-  
se comparat P. DANIEL Hist. de  
la mil. frang. L. XII. p. 353. Verio-  
rem omnino nobis attulisse vide-  
tur, quam A VCTORES Dicit. ency-  
clop. h. v.

*p*) Horum functiones tam in  
proelio, quam extra illud, accura-  
te praescribuntur in Sr. Königl.  
Majest. in Preussen und Thürfürstl.

Durchl. zu Brandenb. Reglement vor  
Dero Hussaren Berol. 1752. Tit. IX.  
& XV. conf. Perill. de GRAND-  
MAISON & Mr. DE LA CROIX  
Tr. de la petite guerre,

*q*) Vid. MALLETI Trauaux de  
Mars ou l'art de la Guerre T. III.  
c. I. sqq. Maréchal de PVYSEGVR  
Grundfâße und Regeln der Kriegs-  
Kunst P. I. S. I. c. XI. Art. IV.  
Hans Fried. v. Fleming Volle  
fommener Deutscher Soldat P. II. c.  
I. sqq. Add. Reglement Vor die Königl.  
Preußisch. Infanterie und Cavallerie,  
Berol. 1750.

*r*) MODESTVS, iudice NAV-  
DAEO ap. FABRIC. Bibl. Lat. L.  
III. c. 12. infelix VEGETII epitо-  
mator, in pr. sui ad Tacitum Augu-  
slum de vocab. milit. libelli rem mi-  
litarem in III. diuidit partes, equites,  
pedites, classes.

## SECTIO I.

los, iure militum gaudere, sive sint nauarchi, & trierarchi clauillum, sive remiges & nautae, s. vigiles, nulla dubitatio est <sup>s).</sup> Vtriusque <sup>z)</sup> huius militiae originem poetae Sue-nici <sup>u),</sup> indicaturi, bella non minus mari, quam terra, geri, referunt ad Adrasti i. Martis filias, quarum alteram Herculi, alteram Neptuno nuptam fuisse tradunt. <sup>x)</sup> Vtrobique vero duces a milite gregario scite distinguit OVIDIUS, ita canens: <sup>y)</sup>

*Quantoque ratem qui temperat, anteit  
Remigis officium; tanto dux milite maior.*

Duces & praefecti militum pariter, atque rei armamentariae, & castrametationis ipsi pro diuersis, in quibus constituti & aliis alii subordinati, omnes autem summi militiae praefecti, quem vulgo Generalissimum dicunt, imperio subiecti sunt, gradibus commode in supremos, superiores, medios, inferiores & infimos dispesci possunt, quorum nomina non ubique eadem, sed maxime diuersa hic percensere nimis longum so-ret <sup>z).</sup> Ratione functionum militarium milites sunt vel stationarii, vel limitanei, vel praesidiarii, vel in castris versantes, vel in ipsa expeditione occupati bellica, vel in procinctu & acie constituti, quorum alii aliis plus minusue fauoris ac-

pri-

<sup>s)</sup> vid. l. vn. ff. de Bonor. poss. ex restam. milit. & conf. G R O T. de I. B. & P. III. 21.

<sup>t)</sup> Vtra sit honoratio, breviter dis-quirit H. F. SALOMON de Iud. & poen. Rom. c. 54. ap. SALLENGRE Thes. Ant. R. T. III. p. 657.

<sup>u)</sup> Ap. OL RYDBECK. in Atlant. P. I. c. 33. §. 2. n. 3.

<sup>x)</sup> Aliter hanc fabulam narrat HYGINVS f. 69. sq.

<sup>y)</sup> Metam. XIII. 366. sq.

<sup>z)</sup> Fortun. recensum, vti etiam in lingua vernacula sine admixtione nominum peregrinorum efferi pos-sunt, institut LAVRENTII von Kriegs & Gerichten zu unsern Zeiten. P. 31. sq. officia cuiusque commemo-rante passim Scriptores rei militaris. vid. GNVGEN l. c. c IV. & ab eo partim laudati XHEVENHÜL-LER, MONTECVCVLLI, FEVQVI-FRES, BEVST, SCHVLZIUS & lique plures.

## DE MILITVM STATV.

15

privilegii habent. Neque penitus silentio hic praetermittenda est diuisio militum in voluntarios & necessarios s. coactos, quorum illi stipendia non merent, sed suis impensis exercitum vel curiositatis tantum, vel doctrinae & exercitii gratia sequuntur, & modo nudos spectatores agunt, modo sub certis ordinibus operam bello navant, atque hinc iussibus Superiorum obnoxii sunt, a) hi contra ad nutum semper parati & iussa facere debent. Denique milites in statutos s. numeratos & supernumerarios diuiduntur, quorum illi solum, hi vero iure militari non magis iudicantur, quam nominales, a realibus longe discrepantes b).

## §. VI.

### DE TIRONIBVS.

In omni militia, tam nauali, quam terrestri, eaque tum equestri tum pedestri, duae adhuc classes occurunt, quae veluti extrema eius continent, breuiter hic quoque attingenda. Altera est tironum, altera veteranorum. Illi iure Rom. licet lecti publicis expensis iter faciant, non prius tamen militum iure censemur, quam sacramento obstricti, cincti & in numeros sint relati c). Nostris moribus, quibus statim arrha data

a) Vid. GNGENII Riegs R. c. V. & ab eo cit. ZENTGRAT de Milite volant. Du. ABEVST Obser. mil. p. IV. Obs. 214. de FLEMING in vollkommen Deutschen Soldaten p. III. c. 8.

b) De his aliisque militibus improprie sic dictis, vt & militia provinciali, vulgo Land-Miliz, quam etiam IO. SAM, STRYKIVS pec-

diss. explicauit, distincte agit LAV-  
RENTII l. c. p. 45. sqq.

c) l. 3. §. Si plures l. 25. 38. §.  
l. & l. 42. ff. de Testam. mil. conf.  
GVDELINVS de Iure nouiss. l. V.  
c. 21. & IOH. HENR. BERGER in  
Vindic. priuileg. ordini mil. exiu-  
re R. compet. part. gen. §. VII. sq.  
EYER Jurispr. mil. l. c. L. II. Tit.  
X.

## SECTIO I.

data & accepta militem facit *d*), res paulo se habet aliter & miles nouus (*Recrute*) videtur cinctus *e*), simul accingulo & gladio, veluti insigni militiae, est instructus atque decoratus.

## §. VI.

## DE VETERANIS.

Milites veterani s. emeriti, inter quos & tirones medium quasi classem veteres bello iam exercitati, s. spectatae virtutis veterani, Triarii Romanis dicti *f*), constituant, vocari solent, qui militia dimissi fuerunt, sacramentoque, quod ab initio praestiterunt, soluti *g*). Ut per tempus legitimum, *h*) conuentumque, quo elapsò demum regulariter honesta missio locum habet, stipendia meruerint, non abscisse requiritur, sed etiam ante illius lapsum iusta ex causa missi inter emeritos referuntur, quamvis non omnibus priuilegiis eorum fruantur, qui statuto militiae tempore omnibusque stipendiis decurris fuerunt dimissi *i*). Sunt autem missionis tres species, vt do-

*d*) v. GNVGEN I. c. c. VII. §. 114. sqq. conf. Militair-Justiz-Reglem. c. IV. §. 14. T. III. const. prou. Br. Lun. p. 61.

*e*) De militum R. cingendorum discingendorumque s. exauctorandor. ratione ac modo, speciatim de ciuctu Gabino vid. BRISSON. Sel. Ant. II. 6. sqq. & LIPS. ad TAC. Annal. XI. 13.

*f*) Vid. LIVIVS VIII. 8.

*g*) l. 2. ff. de Veteran. conf. RENCKEL de priu. veter. de LDEWIG Hist. iur. valetudinar. militum emeritor. T. II. opusc. misc. p. 243. sqq. BEYER l.c. Lib. II. Tit. 17.

*h*) Quod determinatur in l. 13. §. 3. ff. & l. 2. C. de Re mil. l. 3. C. de His, qui non impler. stip. sacram. sol. sunt. conf. POLYEDE mil. R. in collect. Script. de Re mil. a P. SCRIVERIO edita p. 49. BRISSONIVS select. ant. II. 6. PVTEANVS de stipendio militari c. XVI. LYDIUS de Re mil. c. I. III. SCHOEPFLINVS in Alsatia illustr. P. I. p. 593. §. 266. Differentiam inter pedites & equites ratione annorum notant STEWART. ad VEGET. L. II. c. 3. & VOET. de Iure milit. c. VIII. §. 2.

*i*) l. 2. C. de His, qui non impl. stip.

cet MACER k), honesta, caussaria & ignominiosa, quarum illa, tempore militiae impleto, datur; ista, cum quis virio vel animi vel corporis minus idoneus militiae renuntiatur; haec vero, cum quis propter delictum sacramento solvit l). Addunt nonnulli quartam speciem, nimirum gratiosam, quam tamen cum ultima sub vno missionis iniustae genere comprehendunt m).

## §. VIII.

DE PERSONIS NON MILITIBVS REI TAMEN  
MILITARI ADIVNCTIS.

Praeter milites hactenus recensitos plures personae aliae militiae annumerantur, quae tamen milites non sunt. Earum in numero aliae aliis plus minusue sunt necessariae, & aliter plerumque in bello, dum exercitum sequuntur, aliter extra illud domi tractantur consenturque. Huc pertinent, praeter concionatores, Medicos, Chirurgos, & Pharmacopolas, tubicinae, cornicines, buccinatores & tympanistas, consiliarii bellici, commissarii, secretarii, Auditores, thesaurorii s. aerarii custodes vel Numerarii ac quaestores, negotiatores annonae, pistores, laniones, fabri & venalitiarii, castrenses, cambi-

k) In I. 13. §. 3. ff. de *Re militari*

que notabilem missionis, si non ignominiosae, saltem parum honorificae

l) conf. l. vlt. ff. & l. 3. C. de *Re mil.*formulam, a Iul. Caesare aduersus Auenum usurpatam, ex *HIRTIX*m) Conf. *LIPSIVS de Milit.*  
*Rom. L. V. Dial. 19. & SALOMON.*  
*de Iudic. & poen. R. c. 44. ap. SAL-*  
*LENGRE T. III. p. 649.* Vter-*Hist. belli Africani* adferunt. add.*PAGAN. GAVDENTII Iurid. Ex-*  
*pos. L. II. c. 12. in OTTONIS Thes.*  
*iur. R. T. III.*

## SECTIO I. DE MILIT. STATV

cambiatores s. permutatores equorum huiusque generis alii, quibus militia carere nequit. Nec facile inde pro praesenti rerum statu separari possunt sarcinarum & impedimentorum conductores inspectoresque, ne quid de calonibus & lixis aliisque partim inutilibus, partim perniciosis hominibus utriusque sexus dicam, qui quaeue ad onera exercitus, dedecus & opprobrium castrorum, furtorumque & rapinarum instrumenta, recidenda potius, & extirpanda, quam toleranda, merito referuntur n).

n) Vid. IOACH. BVRGERS offic. bell. ac discipl. mil. L. III. c. II.  
Obseruat. milit. Cent. II. obs. obs. n. 5. sqq.  
XI. BALTHAS. AYALA de Iure S.



SE-

## SECTIO II.

DE

FORO MILITVM PRIVI,  
LEGIATO.

## §. IX.

EX PLVRIBVS MILITVM PRIVILEGIIS PRAECI-  
PVVM EST FORI.

Inter plura & varia iura singularia, quae militibus favore mi-  
litiae ob vtilitatem, quam praestant reipubl., periculorum,  
quibus expositi sunt, magnitudinem, & molestiarum, quas  
subire debent, multitudinem, concessa sunt atque indulta, &  
a doctoribus vel in commentariis suis ad titulos Pandectarum  
& Codicis de Testamento militis, aliasque rubricas ad rem  
militarem spectantes commemorari solent, vel in peculiari-  
bus libellis o), ac dissertationibus longa serie recententur, &  
quamuis etiam nostris militibus, diuersis licet a Romanis, ob  
easdem rationes competant, p) iusto tamen saepe latius exten-  
duntur, eminet haud dubie peculiare priuilegium fori,

## §. X.

o) Indicat hos scriptores Bibli-  
oteca militaris LVNIGII Corpori.  
iur. mil. adiecta. Priuilegia militum  
quoque HENR. BOCE RVS de Bello  
& FR. DAV. BONBRA in Arte bel-  
li & pacis L. I. Disc. 27. late com-  
memorant, breuius CHRISTOPH.

HENSCHERVS in method. Tra-  
ctat. de priuileg. §. 36. sqq.

p) Vid. CASP. ZIEGLER de  
priuil. mil. §. VII. ac praeter supra  
excitatum BERGERVM, LEYSER-  
VVS Medit. ad ff. Sp. 59. m. 4. sq.  
& LAURENTII l. c. p. 27.

## SECTIO II.

## §. X.

## FORVM VNDE DICATVR?

Dicitur autem, vt hic quoque ab etymo vocis ordiamur, forum, vel, vt veteres masculinē esserunt, q) forus non a fando, r) nec a fallendo, s) nec a ferendo, t) quod res tam controuersiae, quam venales, in illud ferantur, multo minus a Phoroneo s. Foroneo, Archiuorum Rege, & primo, quod aiunt, Graecorum legumlatore, u) sed potius secundum per spicatores Grammaticos a foras, quod in forum abituri foras abire ac fores s. foramina & limina aedium suarum relin quere tantisper dicantur, estque, generatim sumto vocabulo, locus cauus & quasi foratus ad continendam multitudinem hominum aliarumque rerum copiam adeoque non solum ad commercia, sed etiam ad iudicia excrēta aptus commodus que. Vnde aliud forum est venale s. negotiatorium x), a liud iudiciale, quod huius est loci, & quo spectat illud CRATERIS ap. ERASMVM:

*Litigiis caussisque forum strepit usque molesum.*

## §. XI.

## QVID HIC DENOTET ET QVOMODO DIVI DATVR?

Nobis hic, vbi de foro soli, non poli y) quaestio est, denotat locum, quo ius dicitur redditurue ipsumque adeo iudicium

q) Ut obseruat. VOSSIUS in Etymol. linguae Lat. b.

r) Vnde deriuat ISIDORVS in Libr. Etymol. XIV. 6. Vid. c. 10. X. de V. S.

s) Quae allusio ad fraudes & fal lacias in foro exerceri solitas occur rit ap. PLINIUM VII. 32,

t) Vt putat VARRO L. IV. de L. L.

u) Vid. c. 1. Diff. VII. ALCIA TVS L. II. Disput. c. 24.

x) Inde foro cedere dicuntur Nummulari & mensularii, tabernas suas deferentes in l. 7. §. 2. depos. & l. vlt. ff. de curat. bon.

y) Quam distinctionem breuiter TOR.

## DE FORO MILITVM PRIVILEGIATO. 21

dicium a) vbiunque, s. sub dio s. sub tecto exerceatur,  
b). Quod exercitum nemini competere, nisi iurisdictionem a supra in rep. potestate, tanquam fonte omnis, vti dignitatis, ita iurisdictionis, habeat, tralatitium est. Illam autem pro diuersis hominum in societate ciuili viuentium ordinibus cauſarumque decidendrum varietate in varias species diuidi, non minus conſtat. Vnde praeter ſummam illam diuisionis fori in ordinarium & priuilegiatum plures aliae diuisiones ſunt enatae, ex quibus, ne quid de ecclesiastica, feudali ceterisque dicamus, vnicē hic notamus iurisdictionis fecularis diuinationem in ciuilem & criminalem, ad quam CICERO potiſſimum reſpexit c). Unusquisque vero iudex intra ſuos cancellos & limites iurisdictionis, s. ut POMPONIUS ait d), territorii ſui, intra cuius fines ius terrendi i. e. ſubmoendū habet, ſeſe continere debet, ac, ſiquando illos iusto latius extendit, aliusque iudicis viſurpat potestatem, iudicium finium regundorum locum ſibi merito vindicat e).

### §. XII. DE FORI COMPETENTIA.

Inde noua nascitur diſtinctio & diſsimilitudo, quae vtramque hic facit paginam, fori ſcilicet competentis & incompetentis, quod dupliſi respectu, nempe tam ipſius iudicis, quam personarum & cauſarum iudicandarum, ita dici potest. Quam-

C 3

diu

IOH. ALERS in Meltem, iurid. de foro cogitationis, vberius SAM. STRYK in diſ. de foro conſcientiae perſecutus eſt.

a) Quod cum foro ſaepe promis-  
cue ſumitur, vid. l. 7. & 8 C. de Po-  
ſtul. l. 4. ſqq. de aduoc. diu. iud.

b) Vid. MINVTOLV de foris  
R. diſ. VII. ap. SALL T. I. p. 147.

seqq. BVRGERS obſeruat. iu-  
rid. polit. milit. L. II. obſ. 97.

c) In orat. pro CAECINA c. 2.

d) In l. 239. §. 8. de V. S.

e) Vid. IOH. MARTIN IOBIN  
in Diſ. de iurisd. turbatione ap.  
LEVCHTIVM in Coll. Tractat.  
Acad. de Iurisd. N. VIII.

## SECTIO II.

enim iudex intra limites, quibus iurisdictio eius cum ratione loci, personarum & caussarum, tum ordinis, vi cuius non per saltum, sed gradatim adiri debet iudex superior, est circumscripta, f) non excedit, competens, vel congruus s. suis g); simul ac vero extra illos vagatur, ad potestatem suam amplificandam, incompetens, vel incongruus h) audit. Ratione partium litigantium forum competens est, vbi quis conueniri potest, & vice versa. Aestimatur enim haec competentia fori, si quaestio est de contentiosa iurisdictione, potissimum ex persona rei, cuius forum actorem accusatoremque sequi debere, communis est vulgatissimaque doctrina i). Nec minus decantata est distinctio, secundum quam reus forum vel commune habet, ratione domicilii, contractus, rei sitae, continentaliae causae, delicti, vel singulare ex priuilegio sortitur.

## §. XIII.

## DE FORO MILITVM ROMANOR. PRIVILEGIATO CIVILI

Eiusmodi priuilegiato foro gaudent omnes militum nomine comprehensi simul cum vxoribus, liberis & famulis suis k). Neque id solum apud Romanos, ne ad Ebraeotum, Assyriorum, Persarum, Graecorum aliorumque veterum populorum institu-

f) Vid. IOH. LOTICHIVS in diff. de foro compet. tam comm. quam priuileg. thes. VI & VII, & conf. IO. STRAVCH. de competentia fori c. I. n. 9.

g) Ut in l. 49, ff. de ind. I. vlt. C. Si a non compot. iud. iudic. esse dic. l. 6. C. de iurisd. omn. iud.

h) l. I. C. de iurisd. omn. iud.

i) Fundata in l. 2. C. de Iurisd. l. f. c. Vbi in rem l. 3. C. vbi causa status agi deb. & l. I. pr. C. de Iurisd. omn. iud.

k) Vid. l. I. C. & von STÖRKEN diff. de vxor milit. l. I & 2. C. de fil. off. mil. conf. STRYKII Diff. de iure domesticor. c. V. §. 4.

## DE FORO MILITVM PRIVILEGIA I O. 23

instituta militaria 1) hic adscendamus, obtinuit, sed etiam apud Germanos aequa, ac alias gentes, longo est vnu receputum. Quis sit iudex militum competens, clarissime iam docuit IVVENALIS m), vbi militiae commoda enumerat, ita canens:

*Legibus antiquis castrorum & more n) Camilli  
Seruato, miles ne vallum litiget extra  
Et procul a signis. Infissima centurionum  
Cognitio est igitur de milite.*

Quibus verbis simul rationem huius militibus a Furio Camillo, altero, vt PLVTARCHVS vocat o), Romae conditore & dictatore, concessi privilegii indicat poeta non fictam, sed veram, quae in favore militiae consistit, quia interest rei militaris, ne a castris signisque suis discedere cogantur, ad alios, quam militares iudices, euocati, sed vt praefecto sint mandato imperatoris, contra hostes pugnaturi p). Variant quidem circa

1) De quibus consulendi, praeter GABR. NAVDAEI Bibliographiam militarem, reliqui scriptores a IOH. ALBERTO FABRICIO in Bibliograph. antiqu. c. 17. nominati.

m) Sat. XVI. 17.

n) Dum Veios obdiceret, introductio, vii GRANGAEVS ad h. l. adnotat.

o) In vita Camilli. pr.

p) Quam rationem instituti huius adserit IOH. BRITANNICVS ad IVVENAL. h. l. in edit. HEN-NINI p. 656. Aliam suppeditat TACITVS in Vita Agricolae c. IX. Credunt plerique, inquit, militari-

bus ingenii subtilitatem esse, quia cafreñis turridictio secura & obtusior, ac plura manu agens calliditatem fori, quam Gallica voce la Chi-cum dicimus, non exerceat. Ex quo loco neglectum hodiernum iurispr. milit. notat RITTMAYERVS in praef. Tr. de Iure optimi caballi. His verbis formulas in primis & apices iuris intelligi, in foro cafreñi inter armorum strepitum non ita stricte obseruari solitas, adnotat VIRDVNGVS. Vnde LIVIUS L. X. c. 22. viror factis magnos ad verborum linguaeque certamina esse rudes, & Annibal ap. eundem L. XXX. c. 37. inquit:

## SECTIO II.

circa iurisdictionem militarem principum militibus plus minusue deditorum constitutiones, aliis civiles caussas a iudicibus militaribus cognosci plane nolentibus, alii contrarium iubentibus. Illud CONSTANTII & ARCADII, AC HONORII q); hoc VALENT. GRATIANI & THEODOSII rescripta r) probant. Sicut enim, secundum hos, viri illustres, comites & magistri peditum & equitum in prouinciales nullam penitus porestatem; ita nec amplissima praefectura in militares viros, habere debuerunt. Imp. autem HONORIVS & THEODOSIVS s) magisteriae porestat, cui & civiles & criminales militum caussas reliquerant t), & quae praefectureae praetorianae s. vrbicæ par erat u) dignitate, inter militares viros, vel priuatum actorem & reum militarem, etiam ciuilium quaestionum audiendi conesserunt facultatem, addentes, praesertim cum id ipsum de more litigantium esse videatur, constetque, militarem reum, nisi a suo iudice, nec exhiberi posse, nec, si in culpa fuerit, coerceri. Ex quibus satis abunde patet, falli, qui originem huius privilegii ad ANASTASIVM Imp. referunt. Hic enim non illud

inquit: *Militares mores probe videores  
scire, urbis ac fori iura, leges, mores  
Vos me oportet doceatis,* Secundum GORDIANVM & IVSTINIANVM in l. vlt. C. de iure delib. milites arma magis, quam iura, scire debent. Plura de castrensi iurisd. tradit SIGONIVS L. II. de aut. iure prou. c. 6. add. ENENKEL L. II. priuil. V. n. 12. BEYER l. c. L. IV. BEVST. p. IV. obf. 196.

q) In l. 2. & 9. C. Th. de iurisd. ad quas multa in hanc rem conges- sit IAC. GOTHOFREDVS, testi-

monium quoque A M M I A N I M A RCELLINI adferens, L. XII. c. 16. ita scribentis sub Constantio: *Nec  
occurrebat magistro equitum prouinciae rector, nec contingi ab eo ciuitate negotium permittebat.*

r) In l. 1. C. de offic. magistri mil. iung. l. 2. cod.

s) l. 6. C. de iurisd. omn. iud.

t) l. 2. C. de offic. mag. mil.

u) l. 1. C. de praefect. practor. f. Vrb. & magistr. mil. in dignit. ex- aquo.

## DE FORO MILITVM PRIVILEGIATO. 25

Iud demum ipsum introduxit, *x*) sed discrimen solum inter magistros militum praesentalium & non praesentalium obseruari iussit *y*). Disertissime vero tandem id priuilegii *IVSTINIANVS z*), confirmauit.

### §. XIV.

#### DE FORO MILIT. PRIVILEGIATO APVD GER- MAN. ALIOSQUE POPVLOS.

Quae in iure Iustinianeo per has aliasque leges de foro militari sancta sunt, apprime conuenient libertati veterum Germanorum & Germaniae, quae olim tota quanta militaris fuit, institutis *a*). Corroborata quoque sunt per leges imperii *b*), atque in aliis regnis ac prouinciis recepta & adprobata *c*). Nemo hodie principum terra mariae belligerantium ac militem perpetuum alentium est, quin peculiaria iudicia

*x*) l. f. C. de *Re mil.* iung. l. f. C. de *apparitor. magistror. mil.*

*y*) Vti recte monet *BVRCH. BARDILI* in diff. de *iudicio mil. priuil. c. 2. §. 8.* & vberius illud discrimen explicat *c. III. §. XI.*

*z*) l. 17. C. de *Judic.*

*a*) Antiquissima tempora pariter atque sequentia sub Regibus Francorum stirpis Merowingicæ & Caroling. singulari studio persecutus est *LAV-RENTII* in lib. von den Kriegs- Gerichten der alten teutschen.

*b*) Vid. Maximil. II. Imp. Neu- ter Bestallung de anno 1570. rubr. wie das Reuter-Recht zu bestellen,

aliasque constitutiones ad forum milit. spectantes ap. *LVNIGIVM* in *Corp. Iur. milit. des H. Röm. Reichs. MYLLERVM AFREYBVRG* in *Corp. Iur. Catif. BEVSTIVM* p. I. obs. 44.

*c*) Variorum exterorum Regum & principum pariter atque statuum imperii constitutiones militares exhibet *LVNIG* l. c. p. III. Borussicas, post *MYLIVM* & *DANCKONEM*, *MVLLERV* im Königl. Preuß. Kriegs R. Quid in Gallia speciatim obtineat, docet *Codex militar.* Ludov. XIV. add. *Ordonnance du Roi Paris. h. a. recus.*

D

20. SECTIONE II. DE IUDICIIS

dicia militaria, tam terrestria, quam maritima d), tam equestraria, quam pedestria, constituta habeat, quorum alterum alteri, vnumquodque vero & praefidis sui auctoritate munitione & assessoribus iuris reique militaris peritis stipatum, sub summo belli duce, qui ipse principis vel reipublicae, cuius auspiciis imperat, nomine iurisdictionem supremam exercet e), subordinatur f). Variant tamen hic etiam leges ac consuetudines tum ratione personarum eo referendarum, tum intuitu rerum ibi iudicandarum. Quaenam ex numero personarum §. VII, VIII, IX, recensitarum foro priuilegiato militum gaudeant s. non, sigillatim, quoad copias Augustiss. M. Britann. Regis, norma regio-electoralis Brunsu. & Lun. g) aequa determinat h), ac quaenam res eo spectent. Alicubi, sicut apud Catholicos indultu pontificis Rom. deputatio ecclesiastica i), ita in terris protestantium auctoritate principum stabilita

d) V. STRAVUCH de imper. max. ritim. c. IX.

e) De Iudice milit. delegato s. commissario speciatim agit von STÖCKEN in Exām. iurid. polit. de iurisd. milit. c. IV. pos. XI. S. 1. seqq.

f) Vnde vulgo iudicium milit. dividit solet in das Regiments- und General-Kriegs-Gericht, inter quae quasi medium tenet Garnison-Gericht. De modo in illis procedendi agunt LUDOVICI & KNORR in den Einleit. zum Kriegs-Proces.

g) Militair-Justiz-Reglement, ad cuius filium iurisdictionem milit. explicat perill. PFENDORFF de iurisd. Germ. P. III. Sect. II. c. 2. conf. a BEVST. Obs. mil. p. I. Obs.

87. p. III. Obs. 197. & p. IV. obs. 187.

b) Distinguenda tamen hic esse tempora pacis & belli, eosque, qui domini iudicis ordinariis iurisdictioni obnoxii sunt, foras, quam diu causa sequuntur, iudicii militari subjectos esse, ut omnibus elabendi rimes obex ponatur, & elusiones reorum, semper fugere conantur, praescindantur, ex necessitate potius, quam priuilegio, venit. BEYER l. c. Tit. II. Thes. III. S. 1. n. 1. LVNIG. in Append. Corp. iur. mil. c. III. p. 1415. seqq. a BEVST. p. I. Obs. 97. p. III. obs. 65. & p. V. obs. 186. seqq.

i) Vid. Nachricht von der geistl. Gerichtsbarkeit bey den ehemaligen Röm.

## DE FORO MILITVM PRIVILEGIATO. 27

lita sunt consistoria militaria ad decidendas causas matrimoniales, ceterasque, quae alias Senatui ecclesiastico relictæ sunt k). Ceterum in causis realibus milites foro rei sitae, in feudalibus iudicii feudali subiectos, & causas quoque fiscales iudicio militari exemptas esse, res est conclamata l).

### §. XV.

## DE PRAESCRIPCTIONE FORI MILITIBVS COMPETENTE.

Nullum itaque est dubium, quin miles in causa ciuili actione personali coram iudicio ordinario, praeterito iudicio militari ciuili, s. camerali m), contentus, possit se ptaescritione fori tueri s. exceptionem iudicis opponere incompe-

Nom. Kaiserl. jeho Kaiserl. Königl. p. 64. & ibi cit. KNORR. de ob signat. Ungarischen Armeen und Kriegs-Völ- iud. c. I. fern ap. KNORRIVM in Recht. Anmerkungen N. X. p. 125. seqq.

k) Vid. LVNIG l. c. BEVST p. IV. Obs. 188. & LAVRENTII von den Kriegs-Gerichten zu innern Zeiten p. 52. seq. add. WALDSCHMIDT in diff. de coelibatu mil. & V. C. IOH. GE. BERTOCHII tr. von Ehe- und Schwängungs- Sachen der Soldaten, I. p. v. SPEX am. iurid. polit. de iurisd. milit. c. IV. pos. III. GNVGEN L. III. c. I. §. 667.

l) Quid circa ob signationem rerum a milite defuncto relictarum ob tiget, exponit LAVRENTII l. c.

m) Ita vulgo das Cammergericht inde vocatur, quod in causis potissimum ciuil. alacrius momenti in audiencia intra conclave habetur, cum minoribus ac leuioribus plerumque ab auditoribus solis decidi soleant. v. BEYER l. c. L. IV. Lit. l. Th. II. §. I. Conf. LVNIG. l. c. c. II. §. 7. p. 13 14. & c. IV. §. 17. p. 1419. add. IOH. NIC. FLAMITZERI speculum secul- tator. castren. SPATENS Auditew, SCHROEDER in diff. de auditoribus, de GOEBEL de praetore, quem iuri- fitarium bellicum aut auditorum vocant.

tentis *n*). Immo cum priuilegium hoc militare, vtpote no-  
torium, nullum iudicem ciuilem fugere queat debeatue, ac  
iudici incompetenti alias impune non pareatur *o*), ne quidem  
opus esse, vt miles ita incompetenter in ius vocatus compa-  
reat, illudque more paganorum *p*) alleget, sunt, qui con-  
tendant *q*). Neque statim summum iudicem adeundo hoc  
forum priuilegiatum interuerti, aut adimi potest militi, sed  
caussa militarem ad iudicem, in circulis suis nequaquam tur-  
bandum, remitti debet *r*), nisi coelesti oraculo i. e. ipsius  
principis rescripto *s*) fuerit ad forum alias incompetens euo-  
cata vel auocata.

## §. XVI.

## DE RENVNTIATIONE FORI MILITAR.

Annon vero miles foro suo priuilegiato renuntiare, ac  
iurisdictionem iudicis ordinarii extra casum reconventionis,  
quippe quo prorogatio legalis non minus in iudicio priuile-  
giato & militari, quam ordinario, locum habet, subire possit,  
magnus est inter D D. dissensus. Alii enim, militum non ma-  
gis, quam Clericorum ac studiosorum fora, quum hoc priu-  
ilegium non singulis personis, sed toti ordini concessum sit,  
prorogari posse, volunt *t*); alii contra, prorogationem eius-  
modi

*n*) conf. L. 2, C. *vbi quis de cur-*  
*vel cohort. aliave condit. con. & L.*  
*vn. C. In quib. causs. milit. fori pra-*  
*script. uti non poss.*

*o*) l. fin. ff. de *Iurisdict.*

*p*) Juxta L. 5. ff. de *Judic.*

*q*) BEYER l. c. Tit. II. Th. I. §.

I. & ab eo excitatus BEHAIME.

*r*) MEV. P. VIII. D. 481.

*s*) Secundum explicationem DIO-

NYSII GOTH OFREDI ad L. 5. C.  
de *iurisd. omn. tud. not. d. ad quam*  
*pec. diff. commentatus est ANDR.*  
*MYLIVS de Examine vetito.*

*t*) V. BARTHII *Hodegeta forens.*  
c. I. §. 3. lit. b. BARDILI de *Iudi-*  
*cio mil. priuil. c. VI. §. 61.* BEYER  
l. c. Tit. IV. th. 3. SCHWENDEN-  
DÖRFFER in diff. de *renuntiat.*  
*fori priuil. c. V.*

DE FORO MILITVM PRIVILEGIATO. 29

modi, quatenus sine praeiudicio fori militaris, praesertim in ciuilibus cauiss, & in uno eodemque territorio u), non ta- men, nisi in iudicem ratione cauissae alias competentem, fieri possit, admittunt v); alii inter has & criminales distinguendo, delicto tacite iurisdictionem prorogari, statuunt w). Sed relictis his aliisque controversiis, quae intuitu fori mili- taris moueri poterant, ad iudicem militum criminalem sine ulteriore mora transeundum est.

u) Vid. LYNCKER de *iurisd.* 3. n. 65. BEVST. P. IV. Obs. 202. §. XV. & I.P. v. S. de *iurisd. mil.* LEYSER Spec. 75. Coroll. 1. conf. c. IV. pos. XII. §. 1.

v) ENENCKEL de *priuileg. mi-*

lit.

II. L. II. *priuileg.* V. n. 9. EL SAM,

STRYCK. de *efficacia remunt. fori*

*bodierna membr.* I. n. 25. seq. & m.

3. n. 65. BEVST. P. IV. Obs. 202. LEYSER Spec. 75. Coroll. 1. conf. PERILL. STRUBEN in Rechtl. Beden- cten N. XIV.

w) TOB. FAURMEISTER de

*Iurisd. imp. R.* L. I. c. 25. n. 75. ZAN-

GER de Except. P. I. c. 2. n. 22I.



SE-

SECTIO III.  
DE  
FORO MILITVM CRIMINALI  
COMPETENTE.

§. XVII.

DE NECESSARIA MILITVM DISCIPLINA.

**A**ntequam vero delicta militum consideremus, haud abs re fuerit, generatim pauca quaedam praemittere de disciplina militari. Haec enim quam necessaria sit, ad continentum exercitum, ex multis millibus hominum diuersissimi ingenii, variarum & aetatum & nationum, corruptorumque plerumque morum <sup>x)</sup> collectum, gentes agnouerunt omnes,

quot-

<sup>x)</sup> En graphicam & quasi pictoris, id hominum genus intus & in eute cognitum atque perspectum habentis, remque veris sui coloribus exprimentis manu exarata miliitis gregarii ac mercenarii ex insigne fæce plebis conscripti, delineationem in ANTIMACHI AVELLO c. XII: Les Soldats ne sont composés que de la plus vile partie du peuple, de faiseurs qui aiment mieux l'oisiveté, que le travail, de débauchés, qui cherchent la licence, & l'impunité dans les troupes, de jeunes écruelets indociles à leurs parents qui s'enrrolent par légereté. Consolons, his fere sunt, quae a Sapientissimo Rege, ac per sua non minus, quam aliena experimenta, docto cautoque facto imperatore proponuntur, hinc ducibus suis exactissimae disciplinae obseruationem iniungente. Vid. Instruction militaire du Roi de Prusse pour ses Generaux tit. I. vbi p. 5. verissimum hoc praesagium occurrit omniumque belli ducum cordibus inscribendum: La plus grande partie d'une Armée est composée de gens indolens

SECTIO III. DE FORO MILIT. CRIM. COMPET. 31

quotquot vñquam bella gesserunt. Ne altius huius rei testimonia repetamus, ad Romanos nostros reuertimur, quorum excellentissima disciplina militaris ex praeceptis potissimum atque experimentis Atheniensium & Lacedaemoniorum *y*), rei bellicae non minus, quam aliarum artium, industria clarorum hausta *z*), multis Martii caloris Europaeis gentibus exemplum praebuit omni studio imitandum, regulasque prudentialiae castris suppeditauit, in succum quasi & sanguinem conuertendas \*). Ita MACER *a*) officium regentis exercitum non tantum in danda, sed etiam in obseruanda disciplina rectissime ponit. Idem tribunorum vel eorum, qui exercitui praefunt, & quorum teste VEGETIO *b*) sollicitudo per hanc laudatur industriam: cum miles veste nitidus, armis bene munitus, ac fulgens, exercitii vsu & disciplina eruditus incedit, inter alia esse, ait *c*), milites in castris continere -- delicta secundum suae auctoritatis modum castigare, principiis *d*) frequenter interesse, querelas com-

milito-

dolens. Si le General n'est pas toujours attenir à ce qu'ils fassent leur devoir, cette machine qui est artificielle & ne peut pas être parfaite sera bientôt detraquée, il n'aura à la fin qu'une Armée disciplinée en idée.

*x)* Quorum dux Clearchus teste VAL. MAXIMO II, 7. §. vlt. egregio dicto disciplinam militiae continebat, identidem execitus sui auribus inculcando, a militibus imperatorem potius, quam hostem, metui debere.

*z)* Vt testatur VEGETIVS de Re mil. in prol. L. III.

*\*)* Vid. ONOSANDRI Strategicus l. de Imperatoris institutio-

ne, primum e vetustis codd. Gr. Lutet. Parisi. 1599. editus & Lat. interpretatione cum notis illustratus a NICOLAO RIGALLIO, post Mogunt. 1615. a IOH. A CHOKIERIO cum suis ad disciplinam mil. spectantibus differt. publicatus.

*a)* In l. 12. pr. ff. de Re mil.

*b)* L. II. c. 12. l. c.

*c)* l. c. §. 2.

*d)* Quo nomine vulgo le Quartier general, das Hauptquartier, denotari, ex IAC. & DIONYSI GOTHOFREDI ad has aliasque leges Cod. Theod. & Inst. vbi illud vocabulum occurrit, adnotacionibus intelligi potest.



*militonum audire, valetudinarios inspicere. De vigore & effe-*  
*etu disciplinae militaris, sine qua, iudice LIPSIOf), vix no-*  
*men militiae constat, exempla nonnulla notatu digna FRON-*  
*TINVS f), plura VAL. MAXIMVS g), qui illam praecipuum*  
*decus & stabilimentum imperii Rom., tenacissimumque vinculum*  
*inter alia elogia adpellat, collegit. Plane vero egregia &*  
*ipsi responso Seruatoris nostri h) militibus, de officio ipsum*  
*suo interrogantibus, dato consentanea continet epistola mili-*  
*taris AVRELIANI Caesaris ad vicarium suum scripta i):*  
*Si vis tribunus esse, immo si vis viuere, manus militum contine.*  
*Nemo pullum alienum rapiat, ouem nemo contingat. Vuam nul-*  
*lus auferat, segetem nemo deterat; oleum, sal, lignum, nemo exi-*  
*git; annona sua contentus sit; de praedâ hostis, non de lachrymis*  
*provincialium babeat -- Stipendum in balteo, non in popina ba-*  
*beat k). Eadem inculcat SAMVEL L.B. DE PFENDORFF l),*  
*hoc officia militum veluti fasce complexus: Milites stipendiis*  
*suis contenti sint, ab expilandis & vexandis paganiis ablineant,*  
*labores protuenda rep. libenter & strenue obeant, pericula per te-*  
*meritatem non arcessant, per iguaniam non defugiant, fortitudinem*  
*in hostem, non in commilitones ostentent, stationem adsignatam ma-*  
*scule defendant, honestam mortem turpi fugae & vitae praeferant.*

## §. XVII.

## DE LEGIBVS MILITARIBVS.

Ad obtinendum hunc scopum, rei militari & publicae  
 adeo tam salutarem, inde ab antiquissimis temporibus certae  
 leges

e) de Mil. Rom. L. V. dial. 20.

f) STRATAGEM. IV. 2. seqq.

g) II. 7.

h) LVCAE III. 14.

i) Ap. FL. VOPISCVM in vita  
 eius c. VII.

k) De tribunorum militum Rom.

potestate, officio & iurisd. plura tra-

dit ALEX. AB ALEX. Gen. dier.

VII. 18. & LIPSIUS de Milit. Rom.

Lib. V. dial. 18.

l) de off. bom. & ciu. II. 18.

## DE FORO MILIT. CRIMIN. COMPET. 33

leges militares latae sunt, ex quibus sui quisque militum officii praecepta discere ac intelligere possit. *Haec si omnes, recte ita iudicante GE. OBERCHTO a), & singuli faciunt, non secus, ac in canto, harmonia; sic in exercitu tranquillitas & concordia oritur.* Sicuti autem inter eos alii praefunt, alii parent, interque illos alter alteri est subordinatus b); ita optime omnia procedunt, si suo quisque recte fungitur officio & inferiores superioribus obediunt, labores ac pericula impigre fortiterque subeunt, omnes ad iusta summi ducis c) pugnant d), & ordinem in omnibus seruant, nemoque se legibus, e) quae

a) In disp. de militari disciplina  
Th. 14.

b) Bene huius subordinationis vim intellexit, ipse quondam miles, Societatis Ignatianae conditor, atque in usus suos, aut potius abusus conuertit, cum coecas legibus obedientiae fundamentum suae Monarchiae vniuersalis, admodum tamen his nostris temporibus vacillantis, superstruxit. Vid. Hist. de l' admirable Don Inigo de Guipuscoa, fondateur de la Monarchie des Inighbister T. I. L. III. §. 47. & conf. Hist. generale de la naissance & des progrès de la compagnie de Iesus & l' Analyse de ses constitutions & privileges, Amstelod, superiori anno ed.

c) Corrumptitur enim atque dissoluitur officium omne imperantis, si quis ad id, quod facere iussus est, non obsequio debito, sed consilio non desiderato respondeat, ut ratus est

P. CRASSVS MVCIANVS, clarus & inclutus Vir, ap. GELLIVM Noct. Att.

L. I. c. 13. Quantum vero exemplum ipsius ducis valeat in animis militum, ostendunt ENGELBR. de Militum offic. in exped. bell. §. XIV. AVCTOR des Soldaten oder Kriegs-Standes, betrachtet, als der Stand der Ehren c. V. n. 16. & a BEVST p. IV. obs. 241. sqq.

d) Vid. FLAV. VOPISCVS in vita Taciti Imperat. c. V. & GROTIUS de Iur. B. & P. III. 18. cf. L. 3. S. 15. ff. de Re milit.

e) Leges Graecorum militares breuiter colligit POTTERVS Antiq. Graec. vol. I. p. 180. & vol. II. p. 114. seq. Romanorum RVEVS, Dictator & magister equitum, recentiores & Germanorum, quibus sub vulgari nomine der Kriegs. Artis s. Artikels. Briess publicari solet, & aliarum gentium passim in corporibus iur. mil. collectae, de E pre-

DE FLORO MILIT. TIT. CIRINA COMPET.  
quae cunctis praecipiunt, vetantque, putet esse solutum f),  
sed exemplo Traiani ipse imperator se iisdem submittat.

## §. XVIII.

DE MILITVM DELICTIS TVM PROPRIIS TVM  
COMMVNIBVS.

Has leges militares qui derelinquit vel violat, atque ab officio suo recedit, delinqueret, delicti militaris se reum facere dicitur. Hoc quot modis fiat, tum omittendo, tum committendo, si enarrare vellemus post alios, qui hoc argumentum ex professo tractarunt g), aequo actum ageremus, ac si poenas h) cuique delicto statutas fusciperemus enumerare.

Vtrum-

prehenduntur. Ius militum naturale edidit ANGELHARDVS; positum vero commune s. Mars harmonicus ob varias principum constitutiones vix expectari potest, vti pluribus ostendit MULLERVS in pafsat. ad Ius Milit. Borussic. vbi professio- nem iuris milit. in academiis cum BERTOCCHIO & ICTORUM in eo excolendo maius studium cum SPATIO & LUDOVICI desiderat. Of- ficia vero militum diversorum ordinum a summo usque ad unum & prisci & recentioris seculi percurrent OBRECHTVS l. c. Th. 18. sqq. item GE. WERNERVUS de Re mil. §. 49. sqq. add. REVSNERI Stratagematograph. L. II. c. 6.

f) Manliana hinc imperia a se- verissimo exemplo T. Manlii Tor- quati, qui filium iniulsi pugnantem, licet viceret, securi percussit, sic dicta, & praeter LIVIVM, CICERO-

NEM, FLORVM aliasque a GELLIO IX. 13. memoriae mandata imperatori, qui aequo amari ac metui amilitibus cupit, commendat & bonam disciplinam animam rei militaris vere adpellat summi nominis Dux, militari laude etiam post fata florens, V. des Herrn Graf Moritz von Sachsen, Herzogs zu Curl. und Semigalln, Marchal-General der Königl. Franzöf. Armeen Reueries l. Einsätze über die Kriegs-Kunst ex edit. BON- NEVILLANI & versione FAESCHII L. I. c. 8. & L. II. c. 12.

g) BEHAIME in milit. delinquen- te, BRANDES, nec non KVMMELIVS in diff. de delictis milit. TIBER. DE- CIANVS Tr. crim. L. VII.

h) De Muletis milit. mai. & min. veterum v. ALEX. AB ALEX. L. II. c. 13. & LIPSIVS de Mil. Rom. L. V. Dial. 13. SIBRANDI Ius cinctor. sing. c. V.

Vtrumque etiam ab instituto nostro nimis foret alienum. Id potius negotii hic nobis datum esse, intelligimus, vt cum ARRI MENANDRO <sup>i)</sup> delicta militum propria probe a communibus distinguamus <sup>k)</sup>. Illa sunt, quae miles, vt miles, contra sanctiones militares admittit, saepe tanto rigori <sup>\*)</sup> obnoxia, vt pro conseruanda disciplina militari secundum MACRVM <sup>l)</sup> quaedam delicta pagano, aut nullam, aut leuiorem poenam irrogent; militi vero grauiorem. Itaque omne delictum est militis, quod aliter, quam disciplina communis exigit, committitur <sup>m)</sup>. Communia vero vocantur, quae miles, qua homo & ciuis, contra ipsum decalogum legesque vel naturales vel positiuas commitit, quibus & in ipsum aequa, ac in paganum quaecunque, s. non militem, tam vis directiuia, quam coactiuia & vindicatiua, competit. Horum autem diuisioni in publica & priuata, grauiora & leuiora variisque eorundem poenis, non est, quod immoremur. Inde sua sponte consequitur, esse quidem omne delictum militare delictum militis, sed non conuersa vice, omne delictum militis esse militare. Saepe enim sub militiae praetextu quidlibet audendo <sup>n)</sup>, non delicta solum leuiora, sed crima sceleraque atrocissima admittunt, ac quasi magna petrata victoria inde

saepius

- i) In L. 2, pr. ff. de Re milit.
- k) Non itaque glosflatoribus determinum ad l. Magisteriae C. de iurisd. omn. iud. haec distinctio suos debet natales, vti quidem diligentissimus ceteroquin LAVRENTII sibi persuasit l. c. pag. 70.
- \*) Cuius defensionem habes ap. ANT. MATTHAEI de crim. p. m. 8. 12. & FR. NITSCHIVM de Iur. mil. Eng. c. XI.

l) In l. 14. ff. de poen. conf. LI; PSIVS l. c-

m) l. 6. pr. de Re milit.

n) Secundum illud poetae:  
Sunt, qui minus hostibus,  
Quam ciuibut, nocebunt.  
Non bella, belli ludicrae  
Ab his cierunt umbras.

ap. IOH. KAVFFMANNVM in libro de domino & subditio P. II, Tit. I. n. 82, p. 259.

E 2

saepius impunes discedunt. Iam dudum viri cordati o), inter exterros pariter ac nostrates de depravatis militum seculi sui moribus, conquesti, militiam, quam Romanis temperantiae, prudentiae ac fortitudinis scholam fuisse, didicerant, latrocinandi, fraudandi, stuprandi & adulterandi artem videri, grauiter doluerunt. Nec sane adhuc tam felix viuimus seculum, ut disciplina militaris, quantumuis emendata, militiam ab omnibus nebulonibus hominibusque scelestis ac nefariis potuerit purgare, quin potius illud SENECAE Tragici p) adhuc locum habet:

*Nullum caruit exemplo nefas.*

### S. XIX.

#### DE MILITVM IVDICIO CRIM. DIVERSO ET SAEPE CONTROVERSO.

Ad legum vero statutorumque militarium custodiam apud omnes gentes moratores ac bellicae rei gnaras iudices ac vindices peculiares, praetores rerum capitalium, quae sitores cum suis scribis, apparitoribus, executoribus, viatoribus, carcerum custodibus & lictoribus omni aevo constituti fuerunt, ac hodieum vbique fere inueniuntur, qui milites poemis condignis coerceant, atque in illos pro grauitate cuiuslibet admissi militaris animaduertant. Quoniam vero reliquis legibus

o) BODINVS de republ. L. I. c. 5.  
ANT. FABER in Cod. L. IV. Tit. 7.  
def. 8. n. 71. LIPSIVS de milit. R.  
L. V. dial. 20. GE. MVNDIVS a RO-  
DACH de Muner. & honor. c. III.  
n. 223. sqq. AHASVER. FRITSCHIVS  
de peccatis militum. Sui temporis

militiam damnantis, ad Nicolaum  
Mariam Buscutum, equitem Neapo-  
litani, elegantes sunt elegi IOH.  
IOV. PONTANI Amor. II. p. 330<sup>4</sup>.  
seq. digni, qui nostris etiam tem-  
poribus legantur resumanturue.

p) In Hippol. Act. 2.

## DE FORO MILIT. CRIM. COMPET. 37

legibus, quas milites cum paganis habent communes, etiam  
sui sunt custodes vindicesque, gladii potestate ad animaduer-  
sendum facinorosos homines q) non minus instructi; ideo fac-  
pius inter utriusque generis iudices criminales, ubi contra  
illis miles peccauit ac deliquit, controversiae oriuntur, vter  
potius facinus debeat vindicare?

### §. XX.

#### DE DELICTI MILITARIS IUDICE MERE MILITARI.

Quodsi miles delictum commiserit pure militare s. pec-  
catum castrense, v. g. arma amiserit vel militiam prorsus de-  
seruerit r), stationis munus reliquerit, dicto superioris non  
audiens, sed contumax fuerit, eique vel verbis, vel factis  
resisterit, in acie aufugerit, vel ad hostem transfugerit & s.  
p. non ad alium, quam iudicem militarem, ceu rei & iuris  
militaris peritisimum, causae cognitionem pertinere, dubio  
caret s).

### §. XXI.

#### I) APVD ROMANOS.

Romanorum leges si euoluamus, de militibus, VENY-  
LEIVS ait t), ita seruatur, vt ad eum remittantur, si quid de-  
lique-

t) Ut loquitur VLPIANVS in L.  
3. ff. de Iurisd.

r) Emanor & desertor quomo-  
do differant, in reliquorum delicto-  
rum recensu docet MODESTINVs in l.  
3. §. 2. seq. ff. de Re Milit. Ille reuertitur;  
hic reducitur, vt cum lecis R. dislin-  
guit GAVDENTIVS Iurid. Expos. II. 18.

s) Vid. ENENCKEL de priuilegiis mili-

lit. L. II. priuilegiis. V. n. 2, seqq. ZIEG-

LER de Iur. Mai. L. I. c. 29. §. 24.

App. Corp. Iur. mil. LVNIGII p. 1410.

§. 8. LVDOVICI Einl. zum Kriegs-

Procesß c. III. §. 9.

t) In l. 9. pr. ff. de custodi. §. Ex-

bib. reor.

liquerint, sub quo militabunt; is autem, qui exercitum accipit, etiam ius animaduertendi in milites caligatos habet. Secundum MÖDESTINVM u) desertorem auditum ad suum ducem cum e-  
logio, i. e. epistola genus criminis eiusque probations comple-  
tente v), praeses prouinciae mittere debet. Ex Imperato-  
rum vero constitutionibus huc etiam pertinent illae, quas  
iam supra in medium attulimus w). His hoc loco est ad-  
dendum rescriptum Imp. HONORII & THEODOS. ad Hy-  
patium, magistrum militum per Orientem, huius quidem sen-  
tentiae: Apparitores per Orientem statutos officii tui ad aliud iu-  
dicium trahi minime oportebit. Sciat igitur illustris magnificen-  
tia tua, sub te, s. civiliter, s. criminaliter appetantur, eos litigare  
debere. Nam apparitores, qui in officio magistrorum equitum  
ac peditum militiam sortiti sunt, ordinis sunt militaris x). Hinc  
etiam, quatenus officio suo desunt, vel delinquent, iudicio  
militari sunt subiecti. Quod ducianum inde dictum esse, tra-  
dunt y), quia non solum duces copiarum ipsi iudicis partes  
expluerunt, sed etiam Imp. LEO & ZENO z) viros specta-  
biles, duces eorumque apparitores, nec non limitaneos, castrorum-  
que praepositos tantummodo ex sublimi magistri officiorum sen-  
tentia conueniri, nec alii subiacere iudicibus iussurerunt. Intel-  
ligendum scil. hoc est de criminibus grauibus & morte pian-  
des. Sin vero leue fuerit delictum, eius vindicta etiam ad  
iudices militares inferiores, ut tribunos & comites, semper  
pertinuit a).

## §. XXII.

u) In l. 3. pr. ff. de Re milit.

v) v. L. 11. C. de Custod. &amp; Ex-

bib. reor.

w) Sect. II. §. XIII. ex L. 6. C.  
de iurisd. & l. fin. C. de re mil.x) per L. 2. C. de Apparit. mag.  
mil.y) FLAMITER in Spec. Sculptor.  
Castrens. p. 1. c. 4.z) In L. 8. C. de diuers. offic. &  
apparit iud.a) cit. l. 9. ff. de cust. & Exhib.  
reor. l. 2. C. Theod. de iurisd.

DE FORO MILIT. CRIM. COMPET. 39

§. XXII.

2) APVD VETERES GERMANOS.

Veterum Gallorum ac Germanorum memoriam recollectentes ultimam, ex IVL. CAESARE b) & TACITO c) discimus, apud utrumque populuni penes sacerdotes, siue apud hos aequae, ac illos, Druidarum, siue alio nomine venerint d), quod iuris diuini & humani peritiores omnibus aliis censerentur, belli praeferim tempore omnem auctoritatem iudicariam & coercendi puniendique potestatem, atque adeo ius vitae & necis fuisse e). Neque enim animaduertere, neque vincere, neque verberare quidem, nisi Sacerdotibus, permisum, non quasi in poenam, nec ducis iussu, sed, velut Deo imperante, quem adesse bellantibus credunt. Hunc egregium TACITI f) locum, non solum ab aliorum lectionibus variantibus mutationibusque vindicauit, sed etiam luculenta commentatione g) illustrauit

b) De bello Gall. L. VI. c. II. SCHILTER. Exercit. X. ad fl. in coroll. §. IV. vbi ex ADELARII ERICH Chron. Juliae. L. I. c. 21. locum notabiliter adferit, etymo vocis Scharan s. Schran, qua Vindebonae hodiernum locus iudicij crim. denotatur, inde illuistrantem, quod ministri sacerdotum, quibus ad exequendas penas vbi, Schärige s. Schärgen adpellantur; unde nomen Hoffschran, mansit aulae sectatoribus principumque assieclis, non notante WACHTERO in Gloss. Germ. voce Schrantz.

c) De M. G. c. XI. g) de M. G. c. VII. ob idem 23. omnia & regulam beatis casu g) In progr. de Re Iudic. milit. Vet. Germ.

d) V. ILLVSTRISS. COMITIS ABVNNAV Rayfels. und Reichs. Historie p. I. p. 66. & MASCOVII Geschichts der Deutschen L. II. c. 36.

e) Conf. CLVVER Germ. ant. L. 24. CONRING de Justice Germ. §. IX. perill. IOH. SAM. FRID. BOEHMERI diss. de Execution. poenar. capital. bonesate §. 32. KRESSIVS de variis iuric. crim. in Germ. generibus c. II. obl. 2. §. I. seqq. & LAVRENTII von den Kriegs. Gerichten der alten Deutschen p. 38. seqq. & ab eo laudati IMLERI Abhandl. von den Feld. Priestern. Add.

strauit perill. **GEBÄVERVS**, duo simul genera delictorum militarium constituens, quorum alia militare iudicium, cognoscendo, probando, conuincendo, sententiam ferendo latamque exsequendo sese exserens, postularunt, alia contra, quae notoria erant, absque omnibus eiusmodi ambagibus, reos statim grauissima poena, perpetua ignominia, onerarunt <sup>b)</sup>. Prioris generis varia adfert exempla, inter quae stationis desertio, excubiarum neglectus, turpis fuga, digladiatio cum commilitone, turbarum excitatio, seditionarum sparsio vocum, inobedientia erga ducem, pugna ipsius iniussu inita, aliaque disciplinae militari aduerfa eminent. Ad posterius genus in primis scuti derelictio, quod delictum erat, omnium bellantium comitum atque e comitatu dimissorum <sup>i)</sup> commune atque ignominiosissimum <sup>k)</sup>, & superest principi suo ex acie recessus <sup>l)</sup>, quod comitum proprium & praecipuum flagitium ac *infame & in omnem vitam probrosum* fuit, referuntur.

Quomodo Franci, postquam Gallias occuparunt, milites suos delinquentes puniuerint, quisue eorum iudex fuerit, Merouingorum atque Carolingorum temporibus, quid reliqui populi Germanorum, Alemanni, Fresones, Longobardi, Gothi &c. legibus suis statuerint, & quae sub Regum auctoritate partes ducum, comitum, seniorum, millenariorum,

<sup>b)</sup> Quare multa cum verisimilitudine saepe laudatus **LAVRENTII** in fine Sect. I. origines iudicij Statarii, quod peculiari Diff. **BECKIVS** explicavit, ad haec tempora referuntur, quibus, teste **TACITO**, c. XII. iudices milit. de simplici & plano & quasi leuato velo ad trans fugas & proditores arboribus suspendendos, igna-

uos vero & imbellis mergendos processerunt, & haec omnia celerrime expediuerunt.

<sup>i)</sup> De quo plura vid. in progr. **Gebaueriano** alio de comitatu principi Germ.

<sup>k)</sup> TAC. l. e. e. VI.

<sup>l)</sup> TAC. ib. c. XIV.

DE FORO MILIT. CRIM. COMPET. 41

quingentenariorum, centenariorum *m*) s. centurionum, Decanorum, Schuldassorum, in iudicando partes fuerint, longior est historia, quam ut sine transgressione limitum huius scriptio possit enarrari *n*). Id solum ex antiqua disciplina militari & iure Francorum, praeter discrimen inter superiora & inferiora iudicia militaria, adnotamus, nec ipsos Reges duces suos, contra officium aliquid admittentes, propria iudicare potuisse auctoritate, sed iudicio militari, praesertim ubi nullum in mora periculum esset, ad hoc opus fuisse, nec duces & praefectos militum, quibus quidem moderata castigatio in milites fuit permisita, poenas grauiores aliter, quam secundum leges, adhibitis assessoribus & scabinis s. iurum peritis Sachibaronibus *o*), irrogare potuisse, neutrorum tamen dignitati auctoritatique inde aliquid decessisse, quum ipsis nihilominus semper ius aggratiandi saluum manserit *p*).

§. XXIII.

DE IUDICIS CRIMINALIBVS MILITVM HODIERNIS TAM SUPERIORIBVS ET SVMMIS QVAM INFERIORIBVS.

A prisco igitur & medio aeno si ad nostram aetatem ocu-  
los animumque conuertamus; & in Germania & in aliis regnis  
ac

*m*) Conf. MEINDERS de iud. cen-  
tenar. & centumuir.

*n*) Otium hic nobis fecit LAV-  
RENTII in tr. von den Kriegs Ge-  
richten der alten Teutschen Sect.  
II. & III.

*o*) De quibus vid. Disl. BRVMME-  
RI. Conf. III. BVDERI diss. de iud.  
duodecimviral. populor. Septentr. &  
German. §. XVII. opusc. p. 579. ibi-  
que excitatus Ad. IVNCKHAUSEN  
von Olßnitz in der Kriegs-Ordnung

zu Wasser und Land, vnde excep-  
tum dedit CHRISTOPH. BE SOLDVS  
in diss. de arte iureque belli p. 194.  
seqq.

*p*) Reliquias pristinae huius li-  
bertatis principum non, nisi a suis pa-  
ribus, solemniter iudicandorum & in  
Germania & in M. Britannia sisit  
prolusi. Ayeriana de sublimi Sacri  
cognitoris tribunali Anglis the court  
of the Lord high STEWARD dicto,  
T. II. Opusc. N. XVI.

F. 18 V. M. A. 1700. 2. p. 118

ac rebus publicis ita iudicia militum quoque criminalia constituta deprehendimus, ut more maiorum, ut supra vidi mus q), ubique superioribus inferiora sint subordinata. *Co*ram illis forum suum etiam in delictis fortuntur omnes duces ac praefecti militum superioris ordinis, cum totis legionibus omnibusque, qui exercitum sequuntur, nec tamen peculiari legioni adscripti sunt, adeoque etiam voluntarii, nec non ab hostibus capti & praecipue homines suspecti r). Egregio vero exemplo suo praeiuit omnibus summis belli ducibus & iudiciorum militarium praefidibus Cn. Iul. Agricola, a genero suo, CORN. TACITO, posteritati narratus & traditus rerumque praecellere gestarum gloria superestes. Hic enim s), a se suisque oris, primum domum suam coercuit, quod plerisque haud minus arduum est, quam provinciam regere, nihil per libertos seruosque publicas res agebat; non studiis priuatis, nec ex commendatione aut precibus centurionum milites ascire, sed optimum quemque fidelissimum putare, omnia scire, non omnia exsequi s. punire: paruis peccatis veniam, magnis severitatem commodare: nec poena semper, sed saepius poenitentia contentus esse solebat; officiis & administrationibus potius non peccaturos ducebat, quam damnare, cum peccassent \*). Ipse dux exercitus, si quid contral officium admiserit, regulariter non alium, quam belli, quod eius auspiciis gerit, dominum supremamque eius curiam iudicem dicem

q) Sect. II. §. XIV.

r) Vid. App. Corp. Iur. milit.

LVNIGII p. 1413. SCHULZIVS in der Einleitung zum Kriegs-Proces c. 1. §. 2. LAURENTII l. c. p. 34. seq. GNGEN l. c. L. III, c. 2. §. 719.

s) Ut legimus in vita eius c. XIX.

\*) Delicta ducum ex l. 3. ff. ad L. Iul. mai. aliisq. explicat SAMVEL

REYHER in diss. de milite c. VI. th. 4. Exempla ducum delinquentium & praevio iudicio militari militanter punitorum ex THEATRO Europaeo collegit CONRADVS FRIEDELIEB in diss. de Armorum militumque iure s. Bello ac re milit. c. X. §. 2. sqq. Quae iam nec proprius examinare, nec aliis ex superiori & hoc seculo cupinus augere.

DE FORO MILIT. CRIM. COMPET. 43

dieem habet. Grauissima vero, nec minus vera sententia est, quam apud eundem TACITVM <sup>1)</sup> inuenimus, *iniquissimam* *hanc bellorum conditionem* dicentem: *prospera omnes sibi vindicant;* aduersa vni *imputantur.* Acquisitum hinc est iudicium, quod in Instructione militari regio Borussica de duce saepe non tam culpa, quam casu & reip. fato, peccante, feratur <sup>2)</sup>, dignum sane, quod ab omnibus principibus belligantibus obseruetur. Sicuti vero nemo vel plane inauditus, vel non satis auditus condemnandus est; ita & ducibus & praefectis militum reliquis ad iudicium rerum, iurium & morum bellicorum, peritia clarorum iudicium, ab omni partium studio remotorum, licet prouocare <sup>3)</sup>. Inferiori loco duces <sup>4)</sup>, in sua quisque legione, vulgo regimine siue regimento, vel eius locum tenens iustitiam administrat, & si quando mero & mixto imperio instructi sunt <sup>5)</sup>, non solum leuiora, quorum exercitio disciplinaris quodammodo

<sup>2)</sup> Ibid. c. 27.

<sup>3)</sup> Art. XXIV. Les Generaux sont plus à plaindre qu' on ne pense. Tout le monde les condamne, sans les entendre. La gazette les expose au jugement du plus vil public. Entre plusieurs milliers de personnes il n'y en a peut- être pas une qui saache conduire le moindre detachement -- Il y a des eueneemens malheureux contre lesquels ni la prevoyance humaine, ni des reflextions solides ne font rien. Id ipsum probe agnouit BLAS. de MONLVC, Franciae olim Marechallos, in praef. commentar. fuor, ita scribens: *Il faut que nous nous, qui portons les*

*armes, ayons devant les yeux, que ce n'est rien, que de nous, sans la bonté diuine, laquelle nous donne le coeur et le courage, pour entreprendre & executer les grandes & hasardeuses entreprises qui se presentent à nous.*

<sup>4)</sup> Vid. LVNIGS Corp. Iur. mil. in App. c. II. §. 5. p. 1413. a BEVST p. I. obs. 92.

<sup>5)</sup> His etiam praefecti rei armamentariae uequiparantur paslim, v. KNORRENS Kriegs Proces c. 1. §. 9.

<sup>6)</sup> Quod Colonellis quidem omnibus adscribit BVRGERS Cent. II. obs. 80. & BEHALMB obs. 83.

modo quoque capitaneis relictā est  $\gamma$ ), sed etiam grauiora delicta poenis corporis adfictiuis & capitalibus adeo coercent  $\alpha$ ), hoc tamen subinde seruato discriminē, ut alii sententiam latam sine vteriore ambage executioni dare, alii illam prius cum actis & breui meritorum caussae recensione iudici superiori ad confirmandum corrigendumue offerre teneantur  $\alpha$ ), & sicuti generatim in iudicis militaribus processus summarius obtinet, ita longe celerius contra delinquentes in ipso delicto notorio & flagrantī deprehensos, quam contra necedum confessos, nec conuictos, adeoque longiori examine ad statum vel confessionis vel conuictiōnis reducendos soleat procedi. Vnde nata diuisio iudiciorum militarium in ordinaria \*) & extraordinaria, horumque in hastata, quae in desuetudinem fere abierunt, & stataria, quae, vbi periculum in mora

$\gamma$ ) v. GNÜGEN L. III. c. i. §. 670.  
not. i.

$\alpha$ ) Tribuunt hoc ius damnandi aggratiandique praefectis legionum indistincte LEONH. FRONSPERGER vom Kaiserl. Kriegs-Recht. l. 5. FLAMITZER in Spec. Sculptor. caſſens p. i. c. IV. & V. l. b. DE SCHWENDI im Kriegs- Discours Tit. Lands-Knechte Obriſſer, BEHAIMB in mil. delinq. obs. 73. l. p. V. S. de iurisd. mil. c. IV. pos. VI. §. 2. Sed ad Colonelloſ aliquot Caelareos ſolum, ex singulari indulgentia pecuniali priuilegio de vita & morte militum legioni adſcriptorum disponendi munitos, reſtringit, ac ſoli principi vel copiarum domino eiusue vires gerenti ſummo belli duci vindic-

cat ANT. BALTHAS. WALTHER in Tr. tur. publ. & crim. de principe ex iuſtis cauſis delinquentes aggratiante c. i. §. 19. Conf. LVDOVICI Einſt. zum Kriegs-Proc. c. i. §. 10. Aliud tamen dicendum eſt de potestate mitigandi poenas non capitales, quam Colonellis haud denegant WALTHER l. c. in fine & GNUGEN L. III. c. i. §. 663. not. b. conf. FRANCKENSTEIN in difſ. de rigore poenar. militar. per aequitatem temperando.

$\alpha$ ) Conf. DOELFFER in proc. tur. milit. informat. c. XXI. n. 44. BEHAIMB. obs. 84.

\*) Vid. GE. OBRECHT Discipl. mil. th. 1155. sqq. LILIENTHAL in coll. polit. Ex. XIII. n. 43.

DE FORO MILIT. CRIM. COMPET. 45

mora & exemplum statuendum est, stante pede b) sub dio quocunque loco c) exercentur. Medium fere locum inter superiora & inferiora etiam quoad causas criminales tenent iudicia praefidaria, sub auctoritate Gubernatoris solita haberi d). Sed plura de his omnibus addere non vacat.

§. XXIV.

DE DELICTI COMMVNIS A MILITE COMMISSI IV.  
DICE COMPETENTE A DD. IN CONTRO.  
VERSAM VOCATO.

Dispiciendum potius nunc est, quis militem delicti communis reum iudicare possit, debeatue, si crimen ad militiam proprie non pertinens perpetrauerit, sed v. g. homicidium, latrocinium, rapinam, furtum, stuprum violentum, adulterium, bigamiam, falsum, & quae sunt alia iure, communi prohibita & iudicio criminali vindicanda. Mirum hic & legum, & morum & doctorum in utramque partem disputantium \*) dissentium

b) Inde etiam iudicia pedanea, alio tamen sensu, quam quo apud Romanos Index pedaneus summebat, nonnullis appellantur. V. FR. XAVER. IOH. MYLLERI V. FREYEVRC  
*Iudicium castrense militiae delinqu.*  
P. 261.

c) Secundum paroemiam: Der Soldat trägt seinen Mackstein im Sack, quam adserit GNVGEN L. III.  
c. I. § 665. n. d.

d) v. LVNIG l. c. p. 1413 §. 6.

\*) Pro foro militari pugnant FLAMITZER, BEHAIMB l. c. a BEVST P. IV. Obs. 190. ENGAV El. iur. cr. L.

II. §. 46. LAURENTII & ab eo in partes suas vocati LUDOVICI, KOSTKA KNORRIVS; foro contra communi patrocinantur, praeter Glossatores, CARPOZIVS P. IV. C. IX. Def. XI. cum TIB. DECIANO in Tr. crim. L. IV. c. 17. n. 5. BVRGERVS Cent. IV. Obs. 74 & L. B. a SCHWENDI, eiusque commentator LOBRINVVS, quos sibi aduersarios FLAMITZERVS adducit ENENCKEL L. II. pr. V. n. 1. sqq. Adr. BEIER in tur. mil. prud. L. IV. T. 1. th. 4. n. 1327. RICHTER P. 2. Conf. 347. HERTIVS T. 1. Rsp. 465. STRVV. Ex. L. §. 42. ANT. MATTHAEI de F 3

crim.



sum deprehendimus, difficulti negotio in luculentam consonantiam redigendum. Quare sigillatim de unoquoque casu & distincte nobis agendum est, confusionis vitium evitaturis, neque tam auctoratum, quam argumentorum legalium pondere, depugnaturis.

## §. XXV.

QVID ROMANI CIRCA HAEC DELICTA  
DISPOSVERINT.

Si Romanorum instituta iterum spectemus, & IVVENTALEM repetita lectione hic quoque consulamus, vel unicus ille versus, a criticis tam varie tortus explicatusque:

*Bardaicus iudex datur haec punire volenti e),  
haud obscure innuit, ex iisdem*

*Legibus antiquis castrorum & more Camilli,  
de quibus supra, f) invaluisse, vt, recte id explicante GRANGAEO g), miles Quiritem s. togatum pulsans offendensue non  
posset coram praetore s. iudice urbano conueniri, multo mi-  
nus ab hoc puniri, sed in iudicio militari apud tribunum vel  
centurionem accusandus esset, quem ioco se a procerâ statura,  
calceis & veste, quasi bardocucullo b), indutum, describit  
poeta, vel, vt verisimilius ADR. TURNEBVS i) putat, aut  
eum veteri SCHOLIASTE PAGAN. GAUDENTIVS k) in-  
terpretatur, iudicem militarem inde Bardaicum vocat, quod  
Galli*

*crim. Tit. de Accusat. n. 13. GE.  
CONR. BAYER de foro mil. priuile.  
c. IV. §. 8. sq. vt alios taceamus.*

*e) Sat. XVI. 13.*

*f) Sect. II. §. 13.*

*g) Ad h. l. n. 13.*

*b) De quo pedum tegumento*

*IVL. CAPITOLINVS in vita Pertinac.  
Imp. c. VIII.*

*i) Aduers. XXIII. 25. extr. &  
XXV. 24.*

*k) Iurid. Expos. L. II. c. 19, in  
OTTONIS Thes. T. III. p. 380.*

DE FORO MILIT. CRIM. COMPET. 47

Galli plurimi militarent, vel, quod quasi inter milites stationem apud Bardos, Galliae gentem, habentes militasset, vel etiam a Bar-dis, Druidarum discipulis <sup>l)</sup>, qui, teste LVCANO, <sup>m)</sup> fortium & illustrium virorum laudes cecinerunt <sup>n)</sup> eorumque facta heroicis composita versibus cum dulcibus lyrae modulis cantatarunt indicarunt <sup>o)</sup>. Sed non opus est, vt iudicij militaris rationes a poetis, ridendo verum falsumue dicentibus, discamus. In promptu sunt ICTI ROM. qui melius de iis possunt nos edocere. Apposite ARRIVS MENANDER <sup>p)</sup> inter delicta militum propria & communia, quod supra vidimus <sup>q)</sup>, distinguens, etiam persecutionem aut propriam, aut communem esse, dum addit, quid aliud sibi vult, quam illorum vindictam indicem ad militarem, horum ad iudicem ordinarium pertinere? MODESTINVS, quem itidem iam adduximus <sup>r)</sup>, expresse casum, si quid grauius deseritor in ea prouincia, in qua reperrus est, admiserit, a necessitate illum remittendi ad ducem suum excipit, addita graui hac ratione: Ibi enim eum plecti poena debere, ubi facinus admissum est, diu SEVERVS & ANTONINVS rescriperunt <sup>s)</sup>. Huius vero rationis hanc reddit rationem vltiorem CALLISTRATVS <sup>t)</sup>, vt alii deterreantur,

ne

<sup>l)</sup> CAES. de B. G. VI. 14.

<sup>m)</sup> Pharsal. I. 447. sqq.

<sup>n)</sup> Vnde TACITVS de M. G. c. III. dicit Barditum, vel, vt manuit LIPSIUS ad h. l. Baritum.

<sup>o)</sup> AMMIAN. MARCELL. XV. 9. ad quem locum HENR. & ANDR. VALESII disquirunt, annon potius per illos Bardos. Vardos parasiti intelligendi sint, quos Posidonius ap. ATHENAEVM L. VI. ait Celtas in exercitu secum ad laudes vbique suas

decantandas, inimicos contra & hostes Regum suorum conuiciis incessantes circumduxisse, familes scurrarum, exercitum sequi ac iocis & gestulationibus milites inter conuicia delenire atque oblectare solito-ruum.

<sup>p)</sup> In l. 2. pr. ff. de Re mil.

<sup>q)</sup> §. XVIII.

<sup>r)</sup> §. XXI.

<sup>s)</sup> Cit. l. 3. pr. ff. de Re milit.

<sup>t)</sup> In l. 28. §. 15. ff. de poen.

*ne simile quid perpetrent. Ad ista principum rescripta prouocat etiam PAPINIANVS<sup>t</sup>). In eandem sententiam Herculiano & aliis militibus ANTONINVS IMP. rescripsit *u*). Reliquae principum constitutiones admodum variarunt, prouti nempe earum auctores militiae plus minusue fauerunt, ut iam LEYSERVS *v*) recte obseruavit. Tales militum inter sautores, qui reos criminum etiam communium ad Iudices militares remitti iusserunt, CONSTANTIVS, VALENTINIANVS, THEODOSIUS M. qui tamen fori militaris praescriptionem in adulterii crimine sustulit *w*), & HONORIVS *x*) eminent. Praeter iam supra memoratas vero & illas leges, *y*) ex quibus argumentum a milite negotiatore ad militem delinquentem, tanquam a minori ad maius, desumitur, in primis THEODOSIUS iun. *z*) togatae, quam sagatae militiae, maior amicus, *cinguli praerogativa iudiciorum exclusi cognitiones*, contra criminum publicorum, quorum subinde facilius impetratur venia, quam delectorum militarium, impunitati sub specie militiae ianuam noluit aperiri. Eius exemplum imitatus est IVSTINIANVS, *a*) militibus, teste PROCOPIO, *b*) parum fauens, ipsis delictum commune committentibus exceptionem fori incompetens penitus adenit. Sed, quod THEODOSIUS & VALENTINIANVS *c*) experientia docti aiunt, *nonnunquam ea, quae saluberrime promulgantur, interpretatione quosdam non recta deformare contendere*, id etiam huic nouellae constitutioni accidit, partim sub mendozae Graeci textus versionis incusatione,*

partim

*t*) In l. 22. ff. de *Accusat.**u*) In l. 1. C. ad L. *Corn. de Sicar.**v*) Spec. 75. m. 10.*w*) l. vlt. C. ad L. *Iul. de adult.**x*) v. L. 2. C. *Theod. de Iurisd.*1. 2. C. *Th. de Exh. vel transm. reis*  
ibique IAC. GOTHOFREDVS. l. 1. C.  
*de Exh. & transm. reis.**y*) l. vn. C. *Negotiat. ne mil. &*  
1. f. C. *de Iurisd. omn. iud.**z*) Nou. XIV. c. 2. *de amota militant. fori praescript. ap. Ill. RITTE-RVM T. VI. C. Theodos. p. 47.**a*) Nou. VIII. c. 6 & 12.*b*) Aneclot. n. 324.*c*) Cit. Nou. p. m. 48.

DE FORO MILIT. CRIM. COMPET. 49

partim legis perperam applicatae obtentu d). Sed nec istis, nec aliis legibus a nobis allatis obmota argumenta, si penitiori subiiciuntur scrutinio, sufficiunt ad praescriptionem fori etiam ex iure Rōmano militibus criminum reis publicorum afferendam.

§. XXVI.

QVID RELIQUAE GENTES EVROPAEAE CIRCA  
HAEC DELICTA STATVERINT?

Quamvis autem iuris Iustinianei non solum in Germania, vbi ipso vsu tacite receptum est, sed etiam extra illam, in aliis Europae regnis ac prouinciis magna sit auctoritas; eidem tamen favor militiae, qui hodie fere vbiuis praeualet, multum hac parte derogavit. Data id opera contra distinctionem delictorum militarium & communium pugnans omniumque cognitionem & coercionem iudicio militari indistincte vindicans, ostendere adgressus est saepe a nobis laudatus LAVRENTII a), qui varias principum Europaeorum constitutiones militares eo fine collegit filumque collectio- nis suae a constitutione iudicij militaris Petri M. Russorum Imp. adhuc vigente, tanquam omnium optima, coeptum per ordinationes Gallicas, Danicas, Suecicas, Prussicas, Belgicas usque ad Helueticas perduxit, atque ex his omnibus pro stabilienda sententia sua certas regulas nonnullis tamen limitationibus circumscriptas formauit. Ad has in primis Gallicae & Belgicae constitutiones pertinent. In Gallia enim iam olim ANTON. MORNACIVS b) circa delicta militum

sic

d) Vid. FLAMITZER in *Spec. scult.*  
castr. p. 1. c. 4. BEHAIMB in *Milit.*  
delinqu. obs. 74. VOET de *iure milit.*  
c. VII. §. 8. cuius verba excerpit

LAVRENTII l. c. p. 74.

a) l. c. p. III.

b) In obs. ad L. 6. C. de *iuris d.*  
*omn. iud.* Tom. III. opp. p. 545.

G

sic distinxit: Si inter milites admisum sit crimen, atque a milite  
in militem, tunc cognoscit dux militum; quaecunque vertatur cri-  
minis quaestio; sicut, si non inter milites, sed a milite in non mi-  
litem, tunc enim cognoscit iudex regius. Haec distinctio dein-  
de legibus adeo publicis c) fuit approbata. Est quoque haec  
praecipua cura magni praepositi, Grand-Premier, nostrarib[us]  
General-Gewaltiger, cui reliqui praepositi, vulgo Profos siue  
potius Protos, si orthographiam origini vocis accommodare  
velis, sunt subordinati, ut vias publicas a latronibus purget,  
maculosum veritumque militum nefas edomet atque poenas  
in desertores & criminum praeferunt communium reos in fla-  
granti deprehensos sine vlla remora & ambage exequatur d).

E con-

c) Quae extant in Codice Ludoviciano a L. B. SPARRIO edito, &  
quarum summa P. II. c. i. p. 115. hue  
redit: La connoissance des crimes,  
qui sont commis par les gens de guer-  
re; soit Officiers ou Soldats, en-  
vers habitans des lieux où ils sont en  
garnison, ou autres sujets de Sa Ma-  
jesticé appartenant aux Juges des lieux,  
lesquels pourtant sont tenus d'ap-  
peler le prevot des Bandes ou celui du  
Regiment, & au defaut de ceux ci,  
le Major ou l'Aide major, ou le  
Commandant du Bataillon, pour ar-  
rêter à l'Instruction & au Jugement  
du procès. La connoissance des cri-  
mes de Soldat à Soldat appartient aux  
Officiers des Troupes & s'il arrivoit,  
que les Juges des lieux se fussent fai-  
sis du Soldat, qui a commis un cri-  
me dont la connoissance appartient aux  
Officiers, il n'est pas permis à ceux-

ci de retirer le Soldat de prison, mais  
ils doivent faire leur requisition au  
Inge de le remettre & en cas de re-  
fus se pourvoir vers Sa Majesté, Conf.  
Mémoires de BVSSY RABUTIN T. I.  
p. 73. add. Ordonnance du Roy con-  
cernant le Service des places de 25.  
Juin 1750; vbi Art. LXVII. ita san-  
cuitum legimus: Les Officiers qui in-  
sulteront les Officiers des villes où ils  
seront en garnison, seront mis en  
prison & il en sera rendu compte  
au secrétaire d'état ayant le dépar-  
tement de la guerre.

A l'égard des soldats, cavaliers  
& dragons, qui tomberont dans le  
même cas, ils seront arrêtés & remis  
aux juges des dits lieux, pour être  
par eux jugés suivant que le cas le  
requerra.

d) Eius iurisdictionem, inspec-  
tionem in res ad politiam spectan-  
tes

## DE FORO MILIT. CRIM. COMPET. 51

E contrario cognitio criminum militarium ad consilium bellicum, cui in praesidiis praefider Regis locum tenens, pertinet. In Belgio foederato & quidem, si LEYSERVUS e) veram rationem asseditus est, ideo, quod artes ibi & commercia magis, quam arma, florent, in cognoscendo & puniendo crimine communi, a milite vel maritimo vel terrestri admisso, inter collegia rei maritimae ac militari praeposita & iudices ordinarios ob concurrentem hic iurisdictionem praeventioni locus datur f). In Hispania quoque hoc receptissimum esse, relatum legimus g). Neque in legibus Anglicis maritimis potissimum, quibus fines curiae Admiralitatis tum superioris, tum inferioris reguntur, illud discriminem panitus sicut omissum \*).

### §. XXVII.

#### QVID LEGIBVS IMPERII R. G. HAC DE RE SIT SANCITVM?

Ad Germaniam speciatim si respicimus, iam in ordinatione, communii Maximiliani II. Imperat. & ordinum imperii consensu in comitiis Spirensibus ao. 1570. publicata, quae vulgo

tes omnemque potestatem inter alios explicant viri rerum bellicarum peri-  
ti AVBERTVS de la CHENAYE eiusque  
vestigia secutus IAC. VON EGERS  
in Lex. mil. h. v. & sub voce Mare-  
chaussee.

e) Spec. 75. m. 10. in fin.

f) Ut auctoritate legumi Belgica-  
rum munitione testantur GROENEWEGEN  
ad L. 6. C. de iurisd. omn. Iud. &  
L. 1. C. de Exh. & transmit. reis  
YOH. A SANDE L. 1. Tit. 1. def. 4.

voet ad Tit. ff. de iud. §. 124. &  
in Tr. de lure milit. c. VII. §. 9.  
add. CAROLVS a MANSFELD in ma-  
gisterio mil. Tr. I. p. I. c. 7.

g) Ap. DIDACVM pract. Quaest.  
XI. n. 3. & IVL. CLARVM L. V. §.  
fin. pract. Crim. Quaest. 38.

\*) v. *The Laws, ordinances and  
Institutions of the Admiralty of  
Great Britain, civil and military*  
Vol. I. Sect. III. & IV.

G 2



vulgo sub nomine des H. R. R. Reuter- und Fuß-Knechts-Befestlung allegari solet, Art. XL. seqq. & CLXXXVII. coercitio delictorum tam communium, quam propriorum, a militibus commissorum, iudicibus militaribus solis fuit relicta, in quorum fauorem hinc ao. 1640. ICti Wittenbergenses, reieeto discrimine inter delicta communia & militaria, responderunt b). Illo ipso autem seculo, quo communis patria nostra calamitatibus belli tricennalis grauissime afflita est, cum Ferdinandus III. primis statim imperii sui annis inter ipsa arma pacis confilia caperet atque in Comitiis ao. 1641. Ratisbonam conuocatis de restituenda post turbas satis diuturnas quiete & administratione iustitiae consultaretur, inter alia, quae Recessu imperii eodem anno promulgato definita fuerunt, quoque placuit §. XLVII. i) magistratibus ordinariis, licet criminali iurisdictione praeditis, necessitatem imponere militem, si in expeditione aliqua bellica occupatus officii sui immemor aliud agendo contra leges communes deliquerit, indistincte; alias vero, si ultra trium milliarum spatium in ipso crimen deprehensus fuerit, ad praefectum suum remittendi, hac tamen addita limitatione, nisi hic iustitiae administrationem forte recusauerit, quo casu, ne priuilegium fori in asylum maleficiorum, si ita manerent impunita, degeneret, magistratibus quidem loci contra delinquentem procedere & poenam ipsi dictatam exequi permittitur, simul vero praecepitur, vt, si centurio eius ultra tria millaria a loco, quo processus instituitur, absit, proximum militiae praefectum

ad

b) Quod Responsum, ciuitatis Magdeb. magistrati, tum de lite sibi de cognitione delictorum militum morta quaerenti, datum ZIEGLERVS de Iur. Mai. L. I. c. 29. §. 30. ex eo LVDOVICI in der Linl. zum Kriegs-

Proces c. III. §. XI. & LAVRENTII l. c. p. 79. attulerunt.

i) Verba eius ANDR. MYLIVS disserationi sua de Remiss. facinore for. inseruit c. III. §. X.

DE FORO MILIT. CRIMIN. COMPET. 53

ad iudicium invitent, ipsiusque arbitrio, an illi interesse velit, relinquant. Qua exceptione firmari regulam in casibus non exceptis, FLAMITZERV<sup>s</sup> k), Auditor quondam generalis Caesareus, vrget, atque hanc praescriptionem fori etiam in crimine homicidii aliquot praeiudiciis, partim ex propria experientia, partim ex aliena IOACHIMI BVRGERS, Commissarii olim bellici Caes. l), confirmat. Norma militaris ao. 1672. in comitiis Ratisbonensibus copiis imperii praescripta & anno insequenti ab imperatore approbata m) nihil hac de re noui continet. Sed secundum renouationem istorum articulorum ao. 1682. securam n) art. 35. non solum praefecti de excessibus militum & damnis siue in transitu, siue per metata, illatis tenentur, sed etiam vnumquisque status circularis, &, si hic non sufficiat, directores circulorum requirendi sunt, vt, si ultra mandata aliquid extortum, vel vulnerando, rapiendo, comburendo, trucidando, aut simili delicto non militari peccatum fuerit, delinquentibus non solum propria auctoritate per capturam potiantur eosque examinent, sed etiam poenas iis dicent, atque exequantur. Nova haec constitutio per recentiora imperii conclusa & placita imprimitis anno huius seculi III & LIV. hac cum extensione repetita fuit, vt dominis territorialibus vindicta delictorum & excessuum in milites sine exceptione fuerit reliqua. Neque id sub initium belli praesentis correctum, quin potius expresse confirmatum est o). Has tamen constitutiones vnicce exercitum imperii respicere, atque hinc extra statum belli communis

k) l. c. pag. 46.

l) Cent. I. obs. 43.

m) Vid. Articuls - Brief für die Reichs-Wölfer apud LVNIG Corp.

Iur. milit. p. 115. & in edit. nouiss.

Recess. imp. T. IV. p. 94. seqq.

n) Quae exstat ap. LVNIG I. c.

p. 146. N. XXXIX.

o) Im Kaiserl. Patent vom 2ten Jan. 1758. n. 13. in der Deutschen Kriegs-Cansley d. a. vol. I. n. 3.

p. 8.

munis status imperii singulos non obligare, sunt, qui arbitrentur p).

### §. XXVIII.

#### QVID CONSTITUTIONIBVS STATVVM IMPERII MILITARIBVS INPRIMIS REGIO-ELECTORAL. BRVNsvICO-LVNEBVRG.

Postquam nimirum pace Westphalica illis superioritas, qua gaudent, territorialis plenius asserta fuit, atque firmius stabilita, & post tributum ipsis ius foederum, potentiores inprimis perpetuum militem non solum alere coeperunt, sed etiam copias suas magis magisque auxerunt, nullus fere eorum non peculiares ad tuendam disciplinam militarem leges promulgauit, iisque simul forum militum criminale tam in delictis communibus, quam militaribus, determinauit. Non est nostri instituti hic omnes commemorare leges prouinciales militiae praescriptas, & maximam partem iam ab aliis q) collectas. Illas tamen plane intactas relinquere nequimus, quae hasce terras proprius contingunt. In his vero vi legis regiae r), a D. Georgio II. ao. 1736. promulgatae, omnium delictorum leuiorum & minorum, tam militarium, quam communium, quae non adeo grauem merentur poenam, & cognitio & punitio ad duces legionarios, maiorum vero & grauiorum, a militibus gregariis commissorum, quae poena capitalis vel corporis adflictiva manet, vt & leuiorum ab officiis admissorum & maiore coercitione, quam arresto 24 horarum, vindicandorum, ad iudicium militare generale,

quod

p) LAVENTII l. c. p. 101.

l. c. part. II. MULLERO im Rö-

nigl. Preuß. Kriegs-Recht.

q) LVNIGIO, SCHVLZIO, in  
corp. iur. militar. LAVENTII

r) Militair. Justitz-Reglement.

c. 3. §. 3. 8. & 9.

## DE FORO MILIT. CRIM. COMPET. 55

quod audit das General-Kriegs-Gericht, pertinet. Ceterum magistratibus ordinariis militum, intra iurisdictionis suae fines vel leuiter vel grauiter delinquentium, apprehensio & captura quidem permittitur, hoc tamen seruando discrimine, ut illos sine vlla caussae cognitione vel poena statim ad proximum praesidium remittere capitique legionis, cui reus est adscriptus, denuntiare, hos contra, ne probationes perent, non prius, quam factum summariter cognoverint, dimittere, nihilque intermittere debeat eorum, quae ad corpus delicti in certo collocandum, & veritatem eruendam facere possunt. Quod ad ipsas vero poenas attinet, illae, quae non capitales, ipsisque legibus regiis iam determinatae sunt, a iudicio militari generali sine mora infligi queunt, in illis vero delictis, quae vel ultimum supplicium, aut saltem condemnationem ad operas publicas vel in perpetuum, vel ad longius tempus, inferunt, si militaria sunt, insituendum est iudicium bellicum, vulgo Kriegs-Recht, quod, si equites & pedites in delinquendo concurrunt, ex vtroque corpore tam equestri, quam pedestri, formandum, praefes vero ex eo, ad quod potior delinquentium pars spectat, sumendum; si communia, per sententiam a facultate quadam iuridica latam, decisio fieri debet <sup>t)</sup>, ita quidem, ut sententia, officialem superioris ordinis condemnans, ante executionem ad Regem Augustissimum mittatur, pronuntiata vero contra officiales inferiores & gregarios statim executioni detur, nisi vel circumstantiae aggrationem suadere possint, vel ad mortem condemnatus ad gratiam principis prouocet. Nec minus clare praescribitur <sup>u)</sup> eadem lege, quomodo in concursu delinquentium ex statu militari & ciuili sit procedendum, & quibus

<sup>s)</sup> I. c. §. II, 13 & 14. iung. Russ  
schreiben der Königl. Kriegs-Cangs  
ley N. AIA. T. III. const. prou. p. 85.

<sup>t)</sup> §. XXIII. seqq.

<sup>u)</sup> §. XXVIII.

bus in casibus milites facinorosi collegiis Iustitiae relinquendi. Vxores vero militum inferioris fortis, quorum mariti extra territorium legiones suas sequuntur, in delictis cuiusque loci magistratibus subiiciuntur *v*), qui tamen casum Cancellariae militari tenentur indicare. Haec dispositio eorum viduas eo magis stringit, quia iurisdictio militaris, utpote non ex dignitate, sed ex potestate veniens *w*), cum ipsa persona principali priuilegiata expirat. Ita quoque extraneos ambitores & conquisitores militum, ceu in facto maxime illicito versantes *x*), vel etiam huiusmodi conquestionis suspectos a militia indicatos traditosque magistratus in urbibus & pagis accipere & usque ad finem processus inquisitorii iubentur custodire *y*).

## §. XXIX.

DE FORO DELICTI AC DEPREHENSIONIS PRAECL  
PVE IN DELINQVENTIBVS ATTENDENDO.

In tanta legum & consuetudinum militarium diversitate cynosura deficere omnino videtur, quam iudices & magistratus hic sequi possint. Sed salua res est. Tuto hic quoque nauigabit, qui non tam cum glossa, quam cum legibus a nobis in medium allatis earumque rationibus, nauigat. Habitum itaque & nexus territoriorum Germaniae in primis, potestatemque legislatoriam & iudicariam dominis territorialibus competentem, considerantes, vix errabimus, si statuamus, cuique, sicuti & ciuium sibi subditorum & militum suorum delicta

tam

*v*) Per edictum speciale ibid. N. VI. pag. 68.

*w*) Quam distinctionem hic obserua PVENDORF de Jurisd. Germ. p. III. S. II. c. I. §. 46 & c. 2. §. 9.

*x*) Conf. L. B. ABICKSTATT de illicit. mil. conquis. in terris. al. ea- rumque poen. Opusc. VI. T. I.

*y*) Vid. N. XXXI. ibid. p. 108. sq.

DE FORO MILIT. CRIM. COMPET. 57

eam militaria, quam communia, intra sui territorii fines admissa puniendi ius, ita liberum esse, quam iudicibus tum militibus, tum ordinariis circa militum delicta potestatem relinquare velit. Vbi itaque illis facultas de vtriusque generis criminibus cognoscendi iudicandique est concessa, hi facinoros sine dubio ad eorum iudicium militare remittere tenentur. Sed si peregrinus miles in territorio aliquo facinus iure communi prohibitum admiserit, ibiue deprehensus fuerit \*), remissio ista, quippe quae generatione hodie, ob diuersam territoriali. Germ. & prouinciar. Rom. rationem, magis ex humanitate mutua & urbanitate, quam necessitate, fieri solet, non aequa locum poterit habere, quum cuiilibet iudici criminali, vices hic domini territorialis explenti, illud vindicare non solum liceat, sed etiam ad tuendam securitatem publicam, quam intemeratam seruari & a sceleratis eiusdem turbatoribus defendi omnium etiam vicinorum territoriorum intereat, incumbat a). Vnde forum delicti, id quod omne priuilegium tollit, dignitatemque admitit b), sicut in causis ciuilibus forum domicili, ita in criminalibus omnia reliqua fora superare, apud omnes est in confessu c). Neque melioris conditionis esse delinquentendo

\* ) conf. GODOFR. CHRIST. SEYFFERT, item CHRIST. SCHVMANVS de Foro deprehensionis, FRITSCH de Remiss. del. c. III. §. 5. P. MULLER de Lit. reversal. c. III. §. 47.

a) CARPZ. prax. rer. crim. Qu. nro. n. 54. seqq. & ad eum perill. IOH. SAM. FRID. BOEHMER obl. VII. seqq. conf. BRVNNEM. ad l. 6. C. de Juvrid. omni. jud. n. 5. HENR. COCCERIVS in diff. de fundat. in territ. plur. locor. concurrent. potestate Cap. III. & IV. STRYK in diff. de effectu leg. princip. & stat. extra territ. c.

III. n. 177. FRID. GOTTL. STRVY de competencia fori in delictis extra Septa commiss. c. II. th. 10. ZIEGLER de comp. delinq. iudice & foro, CASP. & RHEDEN in diff. de Loco delicti S. I & II. B. WAHLIVS in diff. de foro arresti priuileg. §. XI. Ill. BOEHMERI nostri diff. de delictis extra territor. admiss. §. IX. seqq. add. AVCTOR lib. de Requisit. iud. c. II. §. 1. b) l. 1. in f. C. ubi senat. & Auth. Qua in prou. C. ubi de crim.

c) Vid. ANT. TESSAVR. dec. 90. TIB. DECIAN. Tr. crim. L. IV. c. 18. n. 9.

H

quendo possunt milites, quam nobiles, clerici & studiosi aliquie priuilegio sorti gaudentes d). Exceptiones a regula campum aperiunt ampliorem, quam ut hoc possimus loco emetiri \*).

## §. XXX.

**DE TEMPORIBVS PACIS AC BELLI HIC AEQVE AC LOCIS DISTINGVENDIS VBI MILES DELIQVIT VEL DEPREHENSVS EST.**

Sicuti autem aliter in pace, aliter in bello procedi solet, & hoc durante, territorii amici ac inimici & ab hoste occupati, differentia non minorem circumspetionem requirit, omniumque rei gerendae occasionum considerationem accuratam suadet, quandoquidem in illo prehensio militis delinquentis longe facilius, quam in hoc, a summo belli duce approbatitur, nisi mandata eius vel securitatis litterae, *Sauuegades, e)* aliud loquantur; ita haud dubie, ad rite determinandum forum militis delinquentis, eo potissimum respiciendum erit, vtrum apud signa reperiatur adhuc, an ab iis discesserit. Priori casu fine omni dubio, siue in castris fuerit miles, siue in expeditione, siue in praefidiis, siue in transitu, qui semper debet esse innoxius f), siue in hibernis; iudex militaris erit competens,

dum-

d) Conf. laudatus BOEHMERVS ad CARPZ, J. c. obs. XV, XVI & XVIII, ibique citati; add. BARTHIVS in *Hod. for. c. I. §. III. not. b.* GLAESER de *foro priuil. Sect. II. pos. 12. seqq. ITTIG de clericis foro sec. in fine, RHO-DIVS in diff. similis th. 29. HILLIGER in diff. de foro clerici delinqu. vbi vero istud inter delicta ecclesiast. & communia distinguit, SCHOEPE de foro Studio delinqu.*

e) Spartani hanc exorbarunt, qui vel post GROTIOS, GENTILES, PASCHALIOS, HOTOMANNOS, MARSEL-

AERIOS, WICQUEFORTIOS, ZOVCHEOS, BYNCKERSHOEKIOS aliasque de *foro legati delinquentis* data egerunt opera, vel cum STRYKIO, KLEINNIO &c; ipsorum principum, Ministrorum aliarumque personarum illustrum investigarunt forum.

f) De quarum origine, forma & effectu vid. ENGELBRECHT. in comment. de *Saluagardia* add. a BEVST p. III. obs. 100. seqq. & GNUGEN l. c. I. l. c. 19.

f) Vid. l. 5. C. de Metat. & epist. dem. Nou. CXXX. Rec. I. de ao. 1570.

## DE FORO MILIT. CRIM. COMPET. 59

dummodo ad animaduertendum paratus sit, nec recusatione sua iudicem loci officii sui moneat, cuius est cauere, ne delicta maneat impunita; posteriori contra casu, quicunque magistratus, sub cuius iurisdictione miles delictum commune admisit, aut deprehensus est, cognoscere de illo & iudicare poterit <sup>g).</sup> In hunc modum non solum olim incluta Facultas iuridica Wittebergensis <sup>h)</sup> respondit, sed etiam nuper Ill. ICtorum Gottingensium ordo militem desertorem & crimis rapinae in via publica commissae reum nomine magistratus vicinae urbis imperialis, non attenta fori incompetentis exceptione, quam eiusdem defensor opposuerat, ad ultimum supplicium condemnauit.

### §. XXXI.

#### DE NOVISSIMA CONSTITUTIONE IN HIS TERRIS INTVITV MILITVM VAGANDO GRASSANDO ET RAPIENDO DE- LINQVENTIVM PROMVLGATA.

Non satis proinde laudari potest edictum, quo salutari reip. consilio patriam & armis, & legibus, tuiturus, simul, ne, quod ad defensionis subsidium est inventum, in depressionis dispendium verget <sup>i),</sup> cauturus, SERENISSIMVS PRINCEPS FERDINAN-

DVS,

§. 4. seq., de 1576. §. 74. seqq. & 1641.  
J. P. O. art. xvii. §. 9. & Monast.  
§. 118. Capit. nouiss. art. IV. §. 15. P.  
MULLER de off. transiunt. cum exercitu  
per alior. territ. c. III. §. I. TA-  
BOR de Metat. p. I. c. I. STRYK de  
innocuitate transitus milit. AHASV.  
FRITSCH & HERM. ZOLLIUS de  
Transitu milit. innocio, FELTMANN  
de transitu exercitus.

g) Ita sentit ZIEGLER de Jur.  
Mai. L. I. c. 29. §. 30. seq. & in diff.  
de Remiss. delinquentium ad locum  
delicti §. 20. add. WINCOP in Diff.

eiudem argumenti p. II. n. 5.

h) Apud ZIEGLERVM de Jur.  
Mai. l. c. §. 33.

i) Quadrat cum maxime ad ini-  
lites, vt pote in omnis generis excessus  
valde proclives, quod INNOCEN-  
TIVS III. P. R. de ecclesiistarum patro-  
nis & adiuvatis s. vicedominis plus  
sibi, quam iura permittunt, praetextu militiae sacrae vindicantibus, ait  
in c. 12. X. de poen. Dantur enim in  
omni exercitu perditi homines ad  
fruges consumere vel perdere nati &  
ex raptu viuere sueti, qui legum mi-

H 2

lita-

D V S , D V X B R V N S V . E T L V N E B . o m n i b u s s a g i , d o t i b u s e -  
m i n e n t i s s i m u s , a d c o n t i n e n d u m i n o f f i c i o e x e r c i t u m , i m p e -  
r i o s u o p a r e n t e m , o m n i b u s m a g i s t r a t i b u s a c p r a e f e c t i s l i b e -  
r a m e i u s m o d i t r a n s g r e s s o r e s l e g u m a c v i o l a t o r e s s e c u r i t a t i s  
p u b l i c a e p r e h e n d e n d i , i u d i c a n d i p u n i e n d i q u e f e c i t p o t e s t a -  
t e m , & q u o d h u n c i n f i n e m a b I l l u s t r i s s i m o C o n s i l i o S a n c t o r i  
R e g i o p e r o m n e s h u i u s E l e c t o r a t u s t e r r a s p u b l i c e i n t i m a t u m  
f u i t , a t q u e p r o m u l g a t u m . E a t e n u s a d e o r e m i s s i o d e l i n q u e n -  
t i u m a d d u c e s s u o s , a l i a s t e m p o r e p a c i s s e c u n d u m l e g e m s u -  
p r a m e m o r a t a m n e c e s s a r i a , c u m n u d a c a s u u m c o n t i n g e n t u m  
d e n u n c i a t i o i p s i s f a c i e n d a s u f f i c e r e d e b e a t , e s t s u b l a t a k ) .

## §. XXXII.

l i t a r i u m e t i a m s e u e r i s s i m a r u m , q u i -  
b u s v a g a t i o n e s & g r a f f i t a t i o n e s v b i q u e  
p r o h i b i t a e s u n t , v e l i m m e m o r e s  
v e l p l a n e n e g l i g e n t e s , v b i , c a s t r a  
m o n e n t u r , s i g n a s u a n o n s e q u a n t u r ,  
f e d s t u d i o r e m a n t , v e l a g r e t u d i n i s  
v e l a l i o , p r a e t e x t u , v a g i q u e d e i n d e  
p e r p a g o s e t v i c o s p a l a u t e s a u e r u n t ,  
q u i d q u i d a p t u m i n c u n i u n t . D i c i t u r  
t a l i s r a p i n a M a r a u d e f . M a r o d e , &  
r a p t o r e s i p s i M a r o d e u r s , v o c a b u l i s  
n o n s o l u m a p u d G a l l o s , s e d e t i a m  
a p u d n o s t r a t e s v i t a t i s s i m i s ; E t y m o -  
l o g i a m e o r u m a u t e m L e x i c a m u l t i a  
f e r e s i l e n t , e t i rem , i p s a m s a t i s i n -  
t e l l i g e n t e r d e s c r i b a n t , a l i u d q u e n o -  
m e n s u m l e m o n e r e n t , f c i l , f r a t r u m  
M a r o d e , M a r o d e n - B r ü d e r , q u o d  
e i u s m o d i e x c u r s o r i b u s & p e r u a l o r i -  
b u s a b a l i s m i l i t i b u s , o f f i c i u m s u -  
u n f a c i e n t i b u s , c o n t e n t u m t r i b a i -  
f o l e t . S i n e a u t e m h i c t i t u l u s , v t i M E -  
N A G I V S i n L e x . c y m . r e f e r t , o r t u m  
d u c a t a f a m o s o g r a f f l a t o r e d e M e r o d e s ,

C o m i t e F l a n d r o , s u b s i g n i s F e r d . II .  
I m p . m i l i t a n t e , s i u e c u m r e i p s a b e -  
l o t r i c e n n a l i longe s i t a n t i q u o r , v e l  
a b H e b r a i c o m a r u t h , i m p r o b u s , f u -  
g i t i u s , v a g a b u n d u s , v t i A V C T O R E S  
D i c t . T r e u o l t . & c u m L E D U C H A T A F .  
I A V L T i n D i c t . a y m . d e l a l a n g u e F r a n -  
c o i s e n o u i o r s e d i t . h . v . e x i s t a n t , v e l y  
a b A r a b i c o M a r a t h a , q u o d a g r e t u m  
d e n o t a t , d e s c e n d e n s , n e m i n e m , n i s i  
h o n i u i n e s n e q u a m , d e c e r , n o n i n -  
l o r e d i g n o s f o r t u n a p i r a t i s , q u o s  
t a n q u a m c o m m u n e s g e n e r i s h u m a n i  
h o s t e s , o m n i b u s r a t i o n i b u s p e r f o r c u m  
i n c u n b i t e x f e n t i a t i o n a l i s d e i  
V E R V L A M I O d e b e l l o s a c r o p . 346 . r e -  
l a t a i n t h e L a w s , o r d i n a t . a n d I n s t i -  
t u t i o n s o f t h e A d m i r a l i t y o f G r e a t  
B r i t . V o l . I . p . 106 , i u n g p . 206 . l e g .  
k ) L o c u m m e r i t o h i c d a m n s h u i c  
l e g i , q u e e s i g n a c u m e i u s d e m i n -  
t i m a t i o n e t a m i n d e r T e u t s c h e n K r i e g s -  
C a n g l e n a i . 1760 . V o l . II . N . 55 ,  
q u a m i n H a n d b e r s c h e n A n z e i g e n e -  
i n s d .

## C. XXXII.

DE TIRONIBVS VETERANIS ET RELIQVIS PERSONIS REVERA  
NON MILITIBVS ITEM OB CRIMEN PERPETRATVM MI-  
LITIAE NOMEN DANTIBVS.

Quae de militibus vere talibus criminis communis reis  
iudici ordinario obnoxiiis diximus, multo minus dubii ha-  
bent in tironibus nondum in numerum relatis, nec actu mili-  
tantib-

iud. anni N. 69. extat, ita conce-  
pta: Demnach zeithero darüber viels-  
fältige und harte Klagen geführet  
worden, daß von der unter dem Com-  
mando Sr. des Herrn Herzogs Fer-  
dinand von Braunschweig Durchl.  
stehenden Armee verschiedene theils  
commandire bey der Bagage, theils  
sonst vereinzelte Manschafft, Knechte,  
Marquetender, und die, so dem  
Troß der Armee folgen, auch Ma-  
rodeure sich höchst strobar untersan-  
gen in Sr. Königl. Majestät, unsers  
allernächsten Herrn, Deutschen Lan-  
den allerhand Excessen und Plünberun-  
gen auszuüben. Und dann Hochfür-  
sage Sc. D. chl. Sich dazero gnä-  
dig bewegen gefunden, daß gen nach-  
folgende Verordnung ergehen und  
publizieren zu lassen:

Wir Ferdinand Herzog zu Brau-  
nenschweig und Lüneburg sc. ac. General  
en Chef der Armees Sr. Königl.  
Majest. von Großbritannien.

Haben mit höchstem Missfallen  
verußt, daß sich von der unter  
unsrem Commando stehenden Ar-  
mée verschiedene theils commandirte  
bey der Bagage, theils sonst verein-

zelte Mannschaft, Knechte, Marques-  
tender, und die, so dem Troß der  
Armee folgen, höchst strobar un-  
tersangen allerhand Excessen und Plün-  
berungen in Sr. Königl. Majest. von  
Großbritannien Deutschen Staaten  
auszuhüben.

Wie Wir nun diesem gottlosen Un-  
wesen in keinem Stücke wollen nach-  
gesehen wissen: so authorisiren und  
ermächtigen Wir hiemit alle Civil-  
Obrigkeiten, Magistrate, Beamte,  
Völkte, Schultheissen, Unterbedien-  
te, Vorstehere der Gemeinen, die  
Dörffschäften und Gemeinheiten selbst,  
und überhaupt alle und jede Untero-  
thane in Sr. Königl. Maj. Deutschen  
Ländern, sich solchen boshaften Frevel-  
thätern mit Gewalt zu widerstehen,  
und zu suchen, solcher gottlosen Ueber-  
treter aller menschlichen Gesetze sich zu  
bemächtigen und auf das genaueste  
verwahret an ihre Civil-Obrigkeiten  
einzuholen, und abandommiren. Wir  
hiemit solche vorzeiliche Missethäter  
der Civil-Jurisdiction des Ots, wo-  
der Excess begangen, vor welcher ge-  
dachtem Freveler der Proces zu ma-  
chen, und die verdiente Strafe an  
Him

## S E C T I O III.

tantibus *l*); in veteranis item eorumque familia *m*), & omnibus illis personis accessoriis, quae exercitum quidem sequuntur, sed non militiam agunt. Qui vero aetu criminis, in quo iam reus fuerat postulatus, & sic iudicij tantum mutandi causa, militiae nomen dedit, eum statim sacramento solvenduto & ad iudicem suam remittendum esse, expediti iuris est *n*).

## §. XXXIII.

Ihm zu vollziehen, und nur davon dem Corps, oder Regiment das gehörige Avertissement zu ertheilen.

Wir wollen ferner, daß, wenn wieder alles Vermuthen Officier oder Unter-Officier aus der Armee in solchen Unthaten conniviret, und nicht so fort nach Eid und Pflicht dem Unwesen gesteuert, oder auch nur nachlässig in ihrem Commando sich bezeiget, ihr Commando nicht zusammen gehalten und also Gelegenheit zur Unordnung gegeben, daß solche Officier als auch Unter-Officier Uns gehörig angezeigt werden, um über sie die gehührende Strafe verhängen zu lassen.

Und sol zu mehrerer Urkund diese Unsere Willens Meinung öffentlich angeschlagen, und allenthalben zu jedermann's Kenntnis publicaret werden. Gegeben in Unserem Hauptquartier Warburg den 20. Aug. 1760.

(L. S.) Ferdinand

Herzog zu Braunsch. und Lüneb.

So wird dessen Inhalt hiedurch zu der Unterthanen und jedermanns Nachricht bekannt gemacht und den Obrigkeit, Beamten und Gerichten im Lande injungiret, diese Inti-

mation aller gewöhnlichen Orten affigiren zu lassen, über der Besfolgung dieser Verordnung, so viel an ihnen ist, zu halten, sich selbst darnach zu achten und die etwa sich begebende Vorfälle an das Geheime Rathes Collegium einzuberichten. Signature Hannover den 22ten Aug. 1760.

Königl. Großbr. zur Churf. Braunsch. Lüneb. Regierung verordnete Geheime Räthe

G. A. v. Münchhausen

Plura quoque & ante & post hanc constitutionem Edicta atque Rescripta regia emanarunt ad compescendos & puniendos praedatores tendentia, quo spectat in primis Ausschreiben wegen der Maraudeurs de II. Sept. 1761. in Hannov. Anzeigen N. 76.

*l)* Vid. GNVGEN Kriegs-Recht L. III. c. 3. §. 728 & I. P. V. S. de Jurisd. mil. c. VI. pos. II. §. 2.

*m)* v. MEV. P. III. Dec. 72. & P. IV. D. 273. BARDILI de Jud. mil. priuili. §. 27.

*n)* Per l. f. ff. de Re milit. l. un. C. de Reis postulatis, v. BRVNREM. ad h. l. HAHN ad WESEMPEC. PEREZ ad Tit. C. Qui mil. poss. vel non, BEVST P. IV. obl. 204.

DE FORO MILIT. CRIM. COMPET. 63

§. XXXIII.

DE DESERTORE ET TRANSFUGA DELICTI COMMVNIS REO.

Desertorem, qua talem, delictum pure militare admittere, & deprehensum, nisi gratia ipsi ab eo, cuius signa deseruit, fiat, illud poena capitum, quam iudex militaris interrogat, luere, sed, si praeter desertionem aliud scelus commiserit, iudicem loci, ubi hoc perpetrauit, in illum animaduertendi ius habere, iam ex antecedentibus manifestum est. Plurimi vero impunes euadunt, ope hostilis exercitus, quum, etiam si eo transfugerint, nec captiu detineri, nec ad duces suos soleant remitti. Neutrum enim propterea, quod desertio, qua sensim numerus militantium diminuitur, ex altera parte damnum, ex altera adfert utilitatem, ratio belli, sive per illam morem inter belligerantes communiter receptum, sive armatae ferrea iura manus intelligas, permittit, quinimo more veterum Imperatorum, qui transfugas omnes hac formula: *Quisquis es, nos fter eris, excepsisse leguntur o)*, desertores, nisi aliter antea in pace fuerit conuentum, iure belli admittere & suis partibus adscribere magis licitum p), quam ob metum repetendae fugae, consulfum est q). Hoc tantummodo conuentione vel tacita, vel expressa inualuit, ad securitatem publicam tuendam, ut homicidii aut alias criminis enormis rei vel confessi vel convicti, si reuocentur, sine recusatione ad locum unde remittantur, res quoque furto ablatae restituantur, & domestici aufu-

gientes

o) Ap. IAC. PONTAN. L. IV. Progymn. 75.

p) Ut docent GROTIUS de I. B. & P. III, XX, 12, ibique DE COCCHEII in not. & PVTENDORF de I. N. & G. Lib. VIII. c. 17. §. 5. Conf. IOH. HENR. ERNESTI disp. de Officio transfugar. militandi aduersus partes desertas.

q) Differentia desertorum & transfugarum, vt & hastarum velitarium, vulgo *partisans*, vti appellat, vel cum, vel sine ducis veniavantium, vulgo eine *commandirte oder Maus Parthey*, Gallice *parti bleu*, docetur in diss. insaug. sub WILDEVOGELIO a PETRO DUVERNOY de desertor. Et transfug. Jenae 1714. habita.

64 SECT. III. DE FORO MILIT. CRIM. COMP.

gientes per aliquot dies, donec forte litterae arrestoriae <sup>r)</sup> aduenerint, detineantur, antequam fugam suam ulterius prosequi ipsis permittatur.

§. XXXIV.

CONCLVSIO VOTVM PRO REDITV PACIS CONTINENS.

Plura hic adhuc excutienda forent, nisi angustiae temporis id prohiberent. Itaque contrahenda sunt vela. Quod dum facimus, coronidis loco nihil magis in votis habemus, quam vt, postquam satis diu bellatum est, ad pacem adquirendam, quippe quam, vti negotii otium, belli vnicum finem esse, omnium ore comprobatur,

Pax optima rerum,  
Quas homini nouisse datum est, pax una triumphis  
Innumeris potior, <sup>s)</sup>

proprio Numine, mox redeat, & coeleste hoc bonum *bello*,  
quo nibil est funestius <sup>t)</sup>, semper omnes principes rectores-  
que rerumpublicarum diuino afflati spiritu anteponant, nul-  
laque alia bella, quam

certos habitura triumphos,  
nec tamen vnquam candidam placidamque orbi pacem ex-  
cussura, id est, talia gerant, qualia AVGVSTISSIMO MAGNAE BRIT-  
ANNIAE REGI, solium auitum, inter faustas populorum suorum  
acclamations consendent, celeberrima Vniuersitas Oxo-  
niensis in piae Gratulationis suae epilogo est precata eleganti  
hoc disticho:

TEnē magis saluum populus velit, an populum TV,  
Sola sit baec nullo lis dirimenda die.

FAXIT DEVS FELICITER!

v) De quarum forma, vi & effi-  
cacia egit HENR. SAM. ECKHOLD  
in diss. de literis incarcerated. paten-  
tibus s. Arrestoris vulgo Steck.  
Briiffen.

s) Sil. Ital. XI. 594. sq.

t) Ut vere ait SENECA de Ira  
III. 5.



**ULB Halle**  
004 327 837

3



SG





1762,2 2

DE  
M I L I T I S  
F O R O D E L I N Q V E N T I S  
D I S S E R T A T I O I V R I D I C A  
Q V A M  
R E C T O R E A C A D E M I A E M A G N I F I C E N T I S S I M O  
P O T E N T I S S I M O P R I N C I P E A C D O M I N O  
D O M I N O  
G E O R G I O I I I .

MAGNAE BRITANNIAE FRANCIAE ET HIBERNIAE REGE  
DEFENSORE FIDEI

B R V N S V I C E N S I V M A C L V N E B U R G E N S I V M D V C E  
S. R. I. A R C H I T H E S A V R A R I O E T E L E C T O R E R E L.  
C O N S E N S V I L L V S T R I S I C T O R V M O R D I N I S

P R A E S I D E  
G E O R G I O H E N R I C O A Y R E R O

P H I L. E T I. V. D. C O N S I L I A R I O R E G. A V L.  
I V R. A N T E C E S S O R E E T F A C V L T A T I S  
I V R I D I C A E S E N I O R E  
P R O

L I C E N T I A S V M M O S I N V T R O Q V E I V R E  
H O N O R E S C A P E S S E N D I

P V B L I C E D E F E N D E T  
I O A N N E S H E N R I C V S B R V S S

H A M B U R G E N S I S .

D. V. M A I L

G O T T I N G A E  
L I T T E R S I O A N N. H E N R. S C H V L Z I I M D C C L X I I

